

SIGUESE

LA SEGUNDA PARTIDA

DESTE LIBRO,

que fabla de los Emperadores, e de los Reyes, e de los otros grandes Señores de la tierra, que la han de mantener en justicia, e verdad.

PROLOGO.

La Fe Catholica de nuestro Señor Jesu Christo auemos mostrado en la primera Partida deste libro, como se deue creer, e honrrar, e guardar. E esto fezimos por derecha razon, porque Dios es primero, e comienço (1), e medio, e acabamiento de todas las cosas. E otrosi fablamos de los Prelados, e de toda la Cleresia, que son puestos para creerla, e guardarla ellos en si, e mostrar a los otros, como la crean, e la guarden. E como quier que ellos son tenudos de fazer esto, que

dicho auemos, con todo esso, porque las cosas, que han de guardar la Fe (2), non son tan solamente de los enemigos manifestos, que en ella non creen, mas aun de los malos Christianos atreuidos, que la non obedescen, ni la quieren tener (3), nin guardar (4), e por que esto es cosa que se deue vedar, e escarmentar crudamente, lo que ellos non pueden (5) fazer, por ser el su poderio espiritual, que es todo lleno de piedad, e de merced: por ende nuestro Señor Dios puso otro poder tem-

(1) *Primero, e comienço.* Adde cap. 1. et ibi Abb. col. penult. de *summ. Trinitat. et Fide Cathol.* vers. *secundò quaro*, et est principium principians, non principiatum, causans et non causatum, quod autem sit dare unum principium increatum, ex eo patet, ut tradit ibi Joan. Andr. et Abb. quia aliàs iretur in infinitum: ubi enim ponis creatum aliquod, ponis creatorem: item, et creatoris creationem, et sic ascendendo ires in infinitum, nisi latearis unum principium increatum; oportet ergò lateri necessariò, quòd unum sit principium, à quo omnia dependent: neque capit Deus esse, quia si capisset, oportet quòd exiverit de potestate essendi ad actum; sed alius eum non eduxit per suadicta, neque ipse seipsum, quia secundum hoc processisset suum esse, vel se ipsum, quod non est intelligibile; concluditur ergò, quòd non incipit esse: et quòd unum sit principium, et non plura, ostendunt ibi Joan. Andr. et Abb. post *Aegidium*, ut ibi per eos.

(2) *De guardar la Fe.* Ex isto verbo, et sequenti, ibi, *de de los enemigos manifestos, que en ella non creen*, innuitur tunc ex parte ecclesie indici posse bellum contra infideles, quando necesse esset ad observantiam fidei inter infideles, vide S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 8. ubi dicit, quòd in infideles, qui nunquam susceperunt fidem, sicut gentiles et judæi, tales nullo modo sunt compellendi ad fidem, ut ipsi credant, quia credere voluntatis est; sunt tamen compellendi à fidelibus, si adsit facultas, ut fidem non impediant, vel blasphemias, vel malis persuasionibus, vel etiam

apertis persecutionibus: et propter hoc, secundum eum fideles Christi frequenter contra infideles bellum movent, non quidem, ut eos ad credendum cogant, sed propter hoc, ut eos compellant, ne fidem Christi impediant: vide quælatè in ista materia dico in l. 2. tit. 23. infra, ead. Partit.

(3) *La quieren tener.* Et sic contra hæreticos potest indici bellum, vide in §. *porrò*, et in cap. *nimum*, et in cap. *dispiçet*, cum sequentibus, 23. quæst. 4. et 23. quæst. 5. et 6. per totum.

(4) *Nin guardar.* Adde cap. *si quos*, et cap. *sicut*, et cap. *si non ex fidel.* et cap. *quisquis*, cum alijs 23. quæst. 4. et invocat ecclesia brachium seculare contra impios christianos, ut in cap. *Principes*, 23. quæst. 5. et cap. 1. *de offic. Ordinar.*

(5) *Non pueden.* Licet enim uterque gladius spiritualis, et materialis sit in potestate ecclesie, ut in *Extravaganti Unam sanctam*, gladius materialis manu regum, et militum exercetur: et quos effectus habeat habere jurisdictionem in habitu, licet actu non exerceatur, vide Abb. in cap. *cum contingat de for. compet.* column. 5. et nota, quòd Imperator Constantinus in resignatione regalium, quam fecit S. Sylvestro, resignavit gladium, ostendens, se non legitime usum fuisse gladii potestate, neque legitime se habuisse, cum ab ecclesia non receperit, vide Bald. in l. *cum multa*, C. *de bonis libert.* et adde Bart. in l. 1. §. 1. ad fin. *f. de requir. reis*, et vide S. Thom. in lib. *de regimine Principum* lib. 3. cap. 16. et 17.

poral (6) en la tierra, con que está se cumpliesse, así como la justicia que quisó, que se fiziesse en la tierra por mano de los Emperadores, e de los Reyes. E estas son las dos espadas, por que se mantiene el mundo. La primera, espiritual. E la otra, temporal. La espiritual, taja los males ascouidos; e la temporal, los manifestos. E destas dos espadas fablo nuestro Señor Jesu Christo el Jueves de la Cena, quando pregunto a sus Discipulos, prouandolos: Si auian armas, con que lo amparassen de aquellos que lo auian de traer; e ellos dixeron que auian dos cuchillos (7): el qual respondio, como aquel que sabia todas las cosas, e dixo, que assaz auia. Ca sin falla esto abonda, pues aqui se encierra el castigo del ome, tambien en lo espiritual, como en lo temporal. E por ende estos dos poderes se ayuntan a la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, por dar justicia complidamente al alma, e al Cuerpo. Onde conuiene por razon derecha, que estos dos poderes sean siempre acordados (8), assi que cada vno dellos ayude de su poder al otro: ca el que desacordasse, vernia contra el mandamiento de Dios, e auria por fuerza de menguar la Fe, e la Justicia, e non podria luengamente durar la tierra en buen estado, ni en paz, si esto se fiziesse. E porende pues que en la primera Partida deste libro fablamos de la Justicia espiritual, e de las cosas que pertenescen para ella, segund or-

denamiento de Santa Iglesia, conuiene que mostremos en esta segunda Partida de la Justicia temporal, e de aquellos que la han de mantener. E primeramente de los Emperadores, e de los Reyes, que son las más nobles Personas, e honrradas, a quien esto pertenesce más que a los otros omes, e de si de los otros grandes Señores: e mostraremos quales deuen ser. E otrosi, como deuen endereçar sus tierras, e sus Reynos, e seruirse, e aprouecharse de los bienes dellos. E quales deuen ser a sus pueblos, e los pueblos a ellos. E de cada vna destas razones, diremos adelante en su lugar, segund lo mostraron los Sabios entendidos, e conuiene por derecha razon, que sea fecho e guardado.

TITULO I.

QUE FABLA DE LOS EMPERADORES, E DE LOS REYES, E DE LOS OTROS GRANDES SEÑORES.

Emperadores e Reyes son los mas nobles omes, e personas en honrra, e en poder, que todas las otras para mantener, e guardar las tierras (1) en justicia, assi como dicho auemos en el comienzo desta Partida. E porque ellos son assi como començamiento, e cabeza de los otros, porende queremos primero fablar dellos. E mostraremos, que cosas son, e porque han assi nome. E porque conuino que

(6) *Otro poder temporal.* Ex isto verbo arguitur, iunctis his quæ sequuntur, quod Papa non posset totaliter Imperatore ecclesiam privare, prout alias vidi poni inter alias conclusiones in scholis Salmantice per quemdam fratrem ordinis Prædicatorum asserentem, Papam hoc posse: contra quem argumentatus fuit 23. medijs satis eleganter et doctè licentiatius Christoforus Demieses, vir doctissimus, qui sub professione ordinis Minorum postea diem clausit extremum: et adducebat inter cætera auctoritatem evangelicam de duobus gladijs, de qua hic, et in Extravaganti *Unam sanctam*, sub tit. *de major. et obed.* et quòd imperium processit à Deo, ut in authent. *quando oportet Episc.* in princip. ubi Bart. et in authent. *de non alienand. et emphyt.* §. *sancimus*, et latè comprobatur Bald. in l. *cunctos populos*, column. 1. *C. de summ. Trinit. et fide Cathol.* imperium processisse à Deo permisivè et approbativè, formaliter et effectivè, ibique dicit, quòd ecclesia est mater conservans, non generans, nam imperium immediatè à populo processit, ut in authent. *de instrum. cautel. et fide*, §. *et quia imperium*: non ergò contra ea, quæ sunt à Deo statuta, licet Papæ contraire, cap. *sunt quidam, cum similibus*, 25. quæst. 1. neque in his quæ essent contra generale statutum ecclesie, ut notat Glossa in cap. *quæ ad perpetuam*, ead. caus. et quæst. neque illud, ex quo status ecclesie denigraretur, cap. *et si illa*, 1. quæst. 7. faciunt quæ tradit Innoc. in cap. *inquisitioni*, ad fin. *de sent. excomm.* Abb. in cap. *quanto, de consuet.* et in cap. *venerabilem*, 4. et 6. notab. *de elect.* et quia non videtur esse causa, qua moveri possit Papa ad privandum totaliter ecclesiam Imperatore: si enim ut notat glos. in cap. *ad Apostolicam, de re judic.* lib. 6. et Abb. in cap. *venerabilem*, per textum ibi, in 4. notab. *de elect.* non potest Papa privare electores Imperii sine causa, quanto magis Imperatorem? Non enim, ut ibi tradit Abb. debet Papa in istis temporalibus se intro-

mittere, seu se impedire sine maxima causa; in translatione verò Imperii de una natione, seu gente, seu personis in alias, maxime videtur Papæ potestas, ut patet in translatione, quam fecit à Græcis in Germanos, ut in dict. cap. *venerabilem*, et licet Alber. in l. *non ambigitur*, ff. *de legib.* dicat, quòd au translatio Imperii à Græcis in Germanos de jure fieri potuit, Deus novit, fatendum est potuisse fieri, ut latè tradit S. Thom. lib. 3. *de regim. Princ.* cap. 18. et 19. ubi concludit in isto casu, Papam habere plenitudinem potestatis pro bono statu universalis ecclesie, ibique tradit latè ex triplici jure sibi competere hanc provisionem: videas ibi per eum.

(7) *Dos cuchillos.* Vide Luc. 22. cap. v. 38. ubi Albert. Magn. exponit, id est, spiritualis, et corporalis; quorum unum exercet ecclesie minister, et pugnat in eo, et hic est, de quo dicitur ad Ephes. cap. 6. v. 17. *Gladium spiritus, quod est verbum Dei*: alter autem est defensionis gladius materialis, in quo non pugnat, sed manus laica in ipso pugnat quando præcipit ecclesie minister, et uterque est in ecclesia, et ideo sequitur, *at ille dicit, satis est*; quia quanvis in primitiva ecclesia, prævalente iniquitate et infidelitate, non fuerit aliquis usus gladio illo, tamen ut diximus, hoc præsidium esse in ecclesia Christus voluit, sciens, quòd ecclesia jam dilatata sine gladio materiali gubernari non potuit, inducit illud Epistol. ad Rom. cap. 13. *Qui resistit, etc.*

(8) *Acordados.* Cap. *cum ad verum*, 96. dist. cap. *principes sæculi*, 23. quæst. 5.

TITULUS I. DE IMPERATORIA, ET REGIA CELSITUDINE, ET POTESTATE.

(1) *Las tierras.* Et ipsa dignitas ad hoc est obligata realiter subditis, ut in authent. *de quæstore*, §. *super hoc*,

fuessen, e que logar tienen. E que poder han, e como deuen usar del. E despues hablaremos de los otros grandes Señores.

LEY I.

Que cosa es imperio, e porque ha assi nome, e porque conuino que fuesse, e que logar tiene.

Imperio es gran Dignidad (1), noble, e honrrada sobre todas las otras (2) que los omes pueden auer en este mundo temporal-

et notat Bald. in l. Barbarius, 3. lect. column. 2. ad fin. vers. verius credo, ff. de offic. Prator.

LEX I.

Imperii dignitas maxima est, et aliis dignitatibus temporalibus excellentior; hic Rex est, et Imperator, cui secundum jus et populi assensum compellit imperii gubernatio: dictus est Imperator, quia ceteris imperio subditis imperat, nemo sibi in temporalibus; obedit tamen Papæ in spiritualibus: decuit unum tantum esse, quia regnandi jus, seu dominium impatiens consortis est, et decuit fieri ad gentium discordias evitandas, et leges condendas, ad debellandum superbos, ad impiorum destructionem, ad fidei catholicæ defensionem, et ad inimicorum ejus prostrationem, vicarius Dei est in temporalibus, sicut Papa est in spiritualibus. Hoc dicit.

(1) *Gran Dignidad.* Dicebat Bald. in §. fin. column. pen. de prohib. feud. alien. per Frederic. quod Imperator est Princeps mundi, et ut ita dixerim, corporalis mundo Deus, et quod tamquam stella matutina in medio nebule meridionalis imminet: dicebat tamen idem Bald. in l. licet, C. de locat. quod imperator debet hodie in Italia verecundari de tanta fama, quæ tenet gloriam nominis, sed non hominis, et jacet infatuatum imperium; sed non dixisset hoc Baldus hodie, si viveret, cum gloriosissimus Imperator, Rex noster Carolus V. Imperator regnet et juste et potenter, ita quod temporibus suis tale opprobrium sublatum est, dicit tamen Glossa super cap. 3. Danielis, quod sicut in principio nihil fuit fortius atque durius Romano imperio, ita in fine nihil erit debilius, refert Lucas de Penna in l. 1. C. de conductor. et procurator. lib. 11. column. 3. subditque, cujus præstigia cernimus et sentimus.

(2) *Todas las otras.* Dicitur iudex iudicium, Gloss. in l. si quis decurio, C. de Decurion. lib. 10. Bald. in proemio Decretalium, column. 3. adde l. cum multa, C. de bonis quæ liber.

(3) *Es Rey.* Adde l. fin. C. de legib. et l. 1. C. ut nemo priuatus titul. etc. et Bald. in proemio Digestorum, column. 3. vers. item nota, dicit quod ideo dicitur Rex, quia alios regit, et à nemine regitur, ut in dict. l. fin. consilio tamen prudentium se regit, et gubernat, ut C. de legib. l. humanum, et sub nomine Regis assequutus est imperium, ut dicit idem Bald. in l. 1. §. his cunabulis, column. 2. vers. item nota, ff. de offic. Præfecti Prator. et etiam post coronationem dicitur Rex, ut tradit Andr. de Iser. quæ sunt regalia, column. 1.

(4) *Las gentes.* De populo Romano dicit, ut in §. sed quod Principi, Instil. de jur. natur. gent. et civil. et infra eod. l. proxima, ad fin. sed unde hæc potestas populo Romano? Tullius 3. Rethoric. cap. 3. dicit, partim ense, partim consensu; neque hoc fuit injustum, secundum Bald. in l. Barbarius, lectur. 3. ad fin. de offic. Prator. quia nutu divino, secundum eum, ut patet in vaticiniis Prophetarum, item jure gentium, ut in l. ex hoc jure, ff. de just. et jur. unde siqua terra nunquam fuit subjugata, libera esset jure gentium: et Beatus Augustinus in libris de

mente. Ca el Señor a quien Dios tal honrrada, es Rey (3), e Emperador, e a el pertenescce, segund derecho, el otorgamiento que le fizieron las gentes (4) antiguamente, de gouernar, e mantener el imperio en justicia. E por esso es llamado Emperador (5), que quiere tanto dezir, como Mandador, porque al su mandamiento deuen obedescer todos los del Imperio (6), e el non es tenuto de obedescer a ninguno, fueras ende al Papa (7) en las cosas espirituales (8). E conuino, que vn ome fuesse Emperador, e ouiesse este poderio en la tierra, por muchas razones. La vna, por

Civitate Dei, et habetur in cap. omne, §. ecce, 28. quæst. 1. dicit, quod Romani virtutibus promeruerunt imperium, et diffinire videtur eorum dominium fuisse legitimum, et eis à Deo collatum, quod probat diversis causis et rationibus, quas B. Thom. 3. lib. de regim. Princ. ad tres reducit, unam ex amore patriæ, aliam ex zelo justitiæ, aliam ex zelo civilis benevolentia; de quibus plenè ibi per eum, et opuscul. 20. Item quia Romani præstando auxilia bonis et amicis, et componentes eum eis, ut præmia victoria Romanis cederent, protelaverunt imperium, et Sylvester Constantinum magnum pro Imperatore habuit, et Ambrosius Theodosium, sicut et Abraham ad vindicandum Melchisedec, Regem Salem, et alios Reges, qui cum eo factus peruserunt, dimicavit contra quatuor Reges illius regionis, Genes. 14. cap. v. 9.

(5) *Llamado Emperador.* Adde Bald. in proemio, ff. veter. column. 2. ad fin. quod dicitur ab imperio: prout est imperium in latissimo suo situ et circulo, quod est summa potestas nullis circumclusa limitibus: et ibi etiam quod dicitur ab imperando, ut hic; imperat enim Cæsar de jure in uniuersa ditione, quæ ascendentem vidit et descendentem solem, et quæ ex utroque latere, id est, meridie et septentrione, ut in authent. ut omnes obed. jud. provinciar. §. et hoc considerantes, col. 5. et in omnibus insulis, quæ usque ad oceanum recessus extenduntur, ut in authent. ut Ecclesia Romana centum annor. gaud. præscrip. collat. 2.

(6) *Los del imperio.* Sunt enim Reges aliqui exempti à jurisdictione Imperatoris, de quo vide per Oldral. consil. 69.

(7) *Al Papa.* Et etiam Episcopo loci in spiritualibus, Gloss. in cap. si autem, 11. quæst. 3. et cap. duo sunt, 96. dist. Abb. in cap. 3. de major. et obedient.

(8) *En las cosas espirituales.* Inuit quod in temporalibus non sit subjectus Papæ, vide notata in cap. venerabilem, qui filii sint legit. si tamen ordinatio temporalium esset necessaria ad conservationem spiritualium, videtur, quod in his tali casu Papa habeat potestatem, argum. l. 3. §. fin. ff. de seruit. rust. prædictor. ubi qui habet haustum, iter debet habere ad hauriendum, et qui vult consequens, velle videtur et antecedens, l. ad rem mobilem, et l. ad legatum, ff. de procurator. l. illud, ff. de acquir. hered. ex qua conclusione multa possent inferri corollaria; posset enim Papa cogere Principes Christianos, ex quorum bellis et dissidiis christiana respublica conuatur et naufragatur, cogere ad pacem componendam, et ut in bonos viros dissidia compromittantur, facit cap. placuit, cum sequent. 91. dist. poterit etiam Imperatorem vel alium Regem malè regentem subditos, aut severè et tyrannicè tractantem, monere, et coercere, cap. ad Apostolicam, de re judic. lib. 6, cap. licet ex suscepto, de for. compet. et liberare populum à talibus rapinis et seruitutibus, prout fecit Deus in liberatione populi Israel à manu Pharaonis. Item poterit providere regno de utili curatore, si habeat Regem inutilem, seu non sustententem reipublicæ curas, cap. grandi, de supplend. negligem. Prælat. lib. 6. è contra, versa vice, Papa debet auxiliari Principibus sæcularibus, cap. 1. de forma fidelitatis, cap. cum ad verum, 96. dist.

toller desaruendo entre las gentes, e ayuntarlas en vno; lo que non podria fazer si fuesen muchos (9) los Emperadores, porque segund natura, el Señorío non quiere compañero nin lo ha menester; como quier que en todas guisas conuiene, que haya omes buenos, e sabidores, que le consejen, e le ayuden. La segunda, para fazer fueros, e leyes, porque se judguen derechamente las gentes de su Señorío. La tercera, para quebrantar los soberuios, e los tortizeros, e los mal fechores, que por su maldad, o por su poderio se atrouen a fazer mal, o tuerto a los menores. La quarta para amparar la Fe (10) de nuestro Señor Jesu Christo, e quebrantar los enemigos della. E otrosi dixeron los Sabios, que el Emperador es Vicario de Dios (11) en el Imperio, para fazer justicia en lo temporal (12), bien assi como lo es el Papa en lo espiritual.

(9) *Fuessen muchos.* Imo videtur, quod possint esse simul duo Imperatores, ut patet ex l. *divi fratres*, ff. de jure patron. et in l. *fratres*, ff. de penis, et ita per has leges arguebat Alber. in l. *benè à Zenone*, C. de quadrienn. prescript. sed ipse residet in contrarium, quia ad imperium ideò devotum est, ut reipublice per unum consulatur. Ad dictas leges respondet, quod fuerunt Imperatores successivè, et idem voluit Cardin. Alexand. in cap. *nunc autem*, 21. dist. et adducit quod pulchrè notat Bald. in *pralud. feud. col. 9.* ubi dicit, quod Imperator non potest sibi facere parem vel superiorem, est enim damnosa subditis multitudo Principum, facit illud Senecæ: *neque regna socium ferre, neque tædæ sciant*, cap. in *apibus* 7. quest. 1. facit l. *cujus*, ff. de curator. furioso, ubi Bald. inducit ad probationem consuetudinis, quod primogenitus exerceat jurisdictionem, quia pluralitas ingerit difficultatem; et ex prædictis comprobatur dictum Baldi in cap. *significavit*, de rescrip. dicentis, regnum non posse dari in dotem, et quod ipsa Regina est domina regni, et ejus est administratio, neque competit viro, nisi quatenus ipsa permiserit. Adde etiam ad prædicta Bald. in l. 2. §. *novissimè*, ff. de orig. jur. civil. et quæ habentur infra eod. tit. l. 9.

(10) *Amparar la fe.* Ad Imperatorem præcipuè spectat impugnare, et debellare inimicos fidei, et hæreticos extirpare.

(11) *Vicario de Dios.* Adde Gloss. in rubric. in authent. de hæred. et Falcid. et Bald. in rubric. ff. de just. et jur. colum. 1. et 2: vide quod dicit Abb. in cap. *ex suscepto*, de foro compet.

(12) *En lo temporal.* Vide cap. *per venerabilem*, et ibi Gloss. et Doctor. qui filii sint legitimi, et in cap. *novit*, de judic.

LEX II.

Imperatoris potestati attinet legem seu novum forum concedere, antiquam, si utilitati publicæ expediat, mutare vel interpretari, consuetudinem iniquam derogare, novam inducere; meri imperii potestas Imperatori, et non alii competit in terris imperii, nisi de imperiali privilegio. Item mundinarum nova concessio, portagiorum impositio, monetæ cussio, provinciarum divisio, et terminorum civitatum vel villarum, indictio belli, treguæ et pacis: interpretatio privilegiorum dubiorum à se vel ab aliis imperatoribus concessorum, creatio judicum, census prandii, et tributorum à subditis exactio juxta formam antiquam, provisio nequis re sua malè utatur: non tamen potest res subditorum tollere, nisi ex subditi consensu vel maleficio, aut si accipiat pro necessitate reipublicæ ad communem terræ

LEY II.

Que poder ha el Emperador, e como deve usar del Imperio.

El poderio que el Emperador ha, es en dos maneras. La vna, de derecho: e la otra, de fecho. E aquel que ha (1) segund derecho, es este que puede fazer ley (2), e fuero nuevo, e mudar (3) el antiguo, si entendiere que es pro comunal (4) de su gente, e otrosi quando fuesse escuro (5), ha poder de lo esclarecer. E puede otrosi toller la costumbre (6) vsada, quando entendiere que era dañosa, e fazer nueva, que fuesse buena. E aun ha poder de fazer justicia, e escarmiento (7) en todas las tierras del Imperio, quando los omes fiziessen porque: e otro ninguno non lo puede fazer, si non aquellos a quien lo el mandasse, o a quien fuesse otorgado por pri-

utilitatem; dato prius tali casu domino rei bono cambio ejusdem vel majoris pretii, honorum virorum arbitrio: hanc potestatem consequitur Imperator statim, quod electio de eo facta sit ab electoribus imperii, vel majori parte. Hoc dicit.

(1) *Que ha.* Vide etiam multa, quæ Principi reservantur per Lucam de Pen. in l. *contra publicam*, C. de re milit. lib. 12. ubi cumulat 67. specialia Principi reservata.

(2) *Fazer ley.* Vide l. 1. ff. de constit. Princip.

(3) *Mudar.* Neque ob hoc debet reprehensibilis judicari, cap. *non debet*, de consang. et affinit.

(4) *Pro comunal.* Debet enim lex publicæ utilitati deservire, non privata, cap. *erit autem lex*, 4. dist. et contra condentes leges iniquas, comminatur propheta Isaias 10. cap. v. 1. *Væ qui condunt leges iniquas, et scribentes qui injustitias scripserunt.*

(5) *Escuro.* L. *leges sacratissimæ*, C. de legib.

(6) *Toller la costumbre.* Authent. *navigia*, C. de furt. Clement. *hi qui*, de atale et qual.

(7) *Justicia, e escarmiento.* De causis meri imperii loquitur hic, non de causis civilibus: et sic lex ista non potest allegari, quod Rex fundat intentionem suam in omni jurisdictione; cavetur tamen hoc aliis juribus, cum omnis jurisdictio etiam minima sit apud Cesarem, ut notat Bald. de natura feud. in fin. principii, et in §. *ad hoc*, collat. 1. super verbo *jurisdictionem*, de pace jurament. firmand. per illum textum, ubi notat quod omnis jurisdictio est Imperatoris: nam ipse est, qui jurisdictionem tribuit magistratus creando vel confirmando, vel præstando auctoritatem creando vel confirmando, ut in §. *judices*, eod. tit. et notatur in l. 1. §. *cum urbem*, ff. de offic. præfect. urb. et subdit, quod etiam minima jurisdictio non potest conferri, nisi auctoritate Principis mediata vel immediata, et adde l. 1. §. *et cum lege*, C. de vet. jur. enuel. et l. 2. §. *novissimè*, ff. de orig. jur. l. *benè à Zenone* C. de quadrienn. prescript. l. *deprecatio*, ff. ad legem Rhod. de jact. cap. in *apibus*, 7. quest. 1. unde dicimus, quod de jure communi est fundata intentio illius, qui allegat omnem jurisdictionem et potestatem distringendi pertinere ad Imperatorem, vel ad Regem, non recognoscentem superiorem in temporalibus, qui est monarcha in regno suo, ut notat Gloss. in Clement. *pastoralis*, in verbo *districtum imperii*, de re judic. notant DD. in cap. fin. de offic. Archiep. et Rex in regno suo est Imperator regni sui, Bald. in l. *exemplo*, C. de probation. et an possit Rex, civitate non petente, mittere correctorem seu capitaneum ad regendam civitatem, et exercendam jurisdictionem, vide Luc. de Pen. in l. *quicunque*, in fin. C. de omni agro desert. lib. 11. ubi dicit, quod non de ordinaria potestate, et vide l. 1. tit. 16. lib. 2. *Ordin. Regal.*

uillejo (8) de los Emperadores. E otrosi ha poderio de poner portadgos (9), e otorgar ferias (10) nueuamente, en los lugares que entendiere que lo deue fazer, e non otro ome ninguno. E por su mandado, e por su otorgamiento, se deue batir moneda (11) en el Imperio; e maguer muchos grandes Señores lo obedescen, non lo puede ninguno fazer en su tierra, si non aquel (12) a quien el otorgasse, que lo ficiesse. E el solo es otrosi poderoso de partir (13) los terminos de las Provincias, e de las Villas. E por su mandado deuen

fazer guerra (14); e tregua (15), e paz. E quando acaesce contienda (16) sobre los priuillejos que el dio, o los otros Emperadores que fueron ante que el, tal pleyto como este deue el librar, e otro non. E avn ha poderio de poner Adelantados (17) e Juezes en las tierras, que juzguen en su lugar segund fuero, e derecho. E puede tomar dellos yantares, e tributos (18), e censos en aquella manera que lo acostumbraron antiguamente (19) los otros Emperadores. E como quier que los omes del Imperio ayan señorío enteramente en las cosas

(8) *Por priuillejo.* Et nota, quòd in terris dominorum Rex fundat intentionem super jurisdictione, unde ex sola negligentia eorum jurisdictione revertitur ad ordinariam et regiam, à qua emanavit, ut est textus in authent. *de quæstor. §. si verò forsam*, collat. 6. et in cap. *irrefragabili*, in fin. princip. *de offic. Ordin.* et hoc casu non propriè fit devolutio, sed recuperatio, aut potius reversio ad pristinum statum et naturam remoto obstaculo, secundum Hostiens. Abb. et Felin. in dict. cap. *irrefragabili*: et hinc etiam est, quòd domino inferiore, aut suo procuratore non conquerente, potest iudex ordinarius regius cognoscere etiam inter subditos istorum dominorum, et jurisdictionem suam exequi: neque poterant dicti homines per se declinare iudicem regium, cum sit verus, et naturalis iudex eorum ordinarius de jure communi; posset tamen de hoc conqueri dominus vel ejus iudex, et ita debet intelligi, quòd notat Joan. Fab. *Instit. de Attilian. tutor.* in princip. vers. *sed numquid superior*, et declarat Carol. in *comment. consuet. Parien.* §. 2. tit. 1. in gloss. 3. colum. 5. et conferunt, quæ tradit Luc. de Pen. in l. *congruit*, C. *de location. prædior. civil.* lib. 11. col. 10. vers. 3. *quæritur gratia præmissorum*, in quæstione, an dominus qui concessit alii civitatem in feudum, possit ibi iudicem constituere.

(9) *Portadgos.* Adde l. 1. et per totum, C. *vectig. nova instit. non posse*, et nota, quòd ista pedagia permittuntur Principibus, ut strætæ et viæ publicæ sint liberæ et securæ transeuntibus in territoriis suis, et licitè his servatis exigantur per Principem et ejus officiales, et proficiscentes debent obligantur persolvere, secundum B. Thom. lib. 2. *de regim. Princ.* cap. 12.

(10) *Ferias.* Ut in l. 1. C. *et ff. de nundin.* vide quæ dixi in l. 3. tit. 7. *Partit.* 5.

(11) *Batir moneda.* Cap. unic. *quæ sint regalia*, l. 9. tit. 7. *Partit.* 7. l. unic. C. *de falsa monel.* et hoc est assignatum Imperatori, et Regibus in speciale privilegium, ut in dict. cap. unic. *quæ sint regalia*, et tradit B. Thom. lib. 2. *de regim. Princ.* cap. 13. ornamentum est Regis, et regni, et cujuslibet regiminis moneta, quia in ea representatur imago Regis, ut patet in Evangelio Mathæi cap. 22. vers. 20: cum Christus quærit à Pharisæis, cujus esset imago, et superscriptio illius: unde in nulla re potest esse tanta claritas memoriæ ipsius Principis, sicut in moneta, eo quòd nihil sic per manus hominum frequentatur, et imago ipsa in numo, secundum ipsum, regula est hominum in ipsorum commerciis, unde moneta dicitur, quia monet mentem, ne fraus inter homines committatur, ut imago Cæsaris sit in homine quasi imago divina, ut S. Augustin. exponit pertractans dictam materiam: et ut idem Thom. tradit ubi suprâ, quodlibet regnum speciale debet habere numisma, ex multis quæ ibi tradit, et ideo secundum eum civitates, Principes et Prælati pro sua gloria singulariter ab Imperatoribus impetrant, ut habeant speciale numisma. Nulli ergo alii, quàm Imperatori vel Regi, licet cudere monetam, ut in juribus suprâ allegatis; et licet secundum eundem Regi liceat in cudenda moneta suum jus exigere, moderatus tamen debet esse Princeps in mutando, sive in diminuendo pondus vel metallum, quia hoc credit in detrimentum populi, cum sit rerum mensura. Dicit etiam Innoc. in cap. *quan-*

to, de jurejur. quòd propter jurisdictionem, et propter hoc quòd moneta à persona vel caractere Regis aliquam auctoritatem et conditionem recipit, aliquantulum, sed non multum minoris valoris possit monetam facere, quàm sit metallum vel materia, unde fit: dicit etiam quoad si Princeps velit minuere monetam jam factam, non poterit hoc facere sine consensu populi, vide ibi per eum quoad primum dictum: dicit tamen ibi Joan. And. quòd posset tolerari, quando Rex indigeret, et moneta non spargatur extra regnum: si tamen in aliis regnis moneta esset ejusdem metalli et valoris, videtur etiam non obstarè, etsi spargatur extra regnum: et istis adde quæ tradit Hostien. in summ. tit. *de censib.* §. *ex quibus causis*, vers. *numquid Rex Fran.*

(12) *Si non aequal.* Intellige, quando concederetur Regibus vel civitatibus; nam si privata personæ hoc concederetur, non valeret rescriptum, vide Gloss. in l. fin. C. *de falsa monel.* et Joan. de Plat. in rubric. C. *de veter. nummis. potestat.* lib. 11.

(13) *De partit.* Vide Bald. consil. 327. volum. 1. col. 4. et l. *si eadem*, ff. *de offic. assessor.* l. unic. ubi Bart. C. *de metropoli Beryto*, lib. 11. et potest per istas leges inferri, quòd si habens aliquod oppidum cum vicis et villis oppido subjectis cum jurisdictione titulo majoriæ, quòd si impetret à Rege facultatem extrahendi unam de istis villis à majoria, ut relinquat eam fortè filio secundò genito, quòd non poterit ex tali facultate separare villam ab oppido, si expressè Princeps hoc non concesserit; gaudebit ergò filius redditibus villæ, erit tamen villa subjecta oppido et ejus jurisdictioni: si verò et hoc Rex concesserit, et cui fuit concessum utatur tali facultate, tunc ex tali separatione inducetur, quòd et videatur concessa jurisdictione in villa separata, ex his quæ tradit Paul. de Cast. in l. *si fundum*; §. *si fundum*, vers. *item in fine nota*, ff. *de legat.* 1.

(14) *Fazer guerra.* L. *hostes*, et ibi Gloss. ff. *de captiv.* cap. *quid culpatur*, 23. quæst. 1. et intellige de bello publico; nam pro exercitio jurisdictionis, quilibet habens jurisdictionem potest bellum indicare, ut notat Bart. in dict. l. *hostes*, et Joan. de Plat. in l. unic. C. *ul armorum usus*, lib. 11. et etiam potest moveri bellum pro defensione publica vel privata, vide Bald. in l. 1. colum. 13. C. *de seroit.*

(15) *Tregua.* Limita nisi fieret ob necessitatem belli, ut cadavera sepelirentur, vel si capitaneus Principis haberet potestatem cum libera, vel esset locum tenens Principis, ut per Bart. et Alexand. et Jason. in l. *conventionum*, ff. *de pactis.*

(16) *Contienda.* Cap. *cum venisset*, *de judic.* l. fin. C. *de legib.* l. 27. tit. 18. infrâ, *Partit.* 3.

(17) *Adelantados.* §. *judices, de pace juram. firmand.* et ibi Bald. et in §. *ad hoc.*

(18) *Yantares, e tributos.* Quæ dantur pro justitia servanda, ut patet ad Romanos, cap. 13. et tradit Andr. de Iser. in tit. *quæ sint regalia*, in parte *vectigalia*, colum. 3. ubi vide.

(19) *Antiguamente.* De novo etiam ponere potest cum causa, ut in l. 3. C. *de annonis et tribut.* lib. 10. et in cap. *innocamus, de censib.* ubi dicit Innoc. quòd peccat Princeps imponendo sine causa, et tenetur ad restitutionem,

que son suyas de heredad, con todo esso, quando alguno vsasse dellas contra derecho, o como non deue (20), el ha poder de lo endereçar, e escarmentar, como touiere por bien. Otrosi dezimos, que quando el Emperador quisiesse tomar heredamiento, o alguna otra cosa a algunos, para si, o para darlo a otro; como quier que el sea Señor de todos los del Imperio (21), para ampararlos de fuerza, e para mantenerlos en justicia; con todo esso non puede el tomar a ninguno lo suyo (22) sin su placer, si non fiziesse tal cosa, porque lo deuiesse perder segund ley. E si por auentura

vide ibi Abb. et Hostien. in summ. de censib. §. ex quibus.

(20) Como non deue. §. fin. Instit. de his qui sunt sui, vel alien. jur. cap. unic. qualiter dominus proprietate feudii priuet. ubi notat Bald. quòd dominus, qui abutitur dominio, indignum se facit dominari; facit quòd habetur in l. 21. tit. 13. infra, ead. Partit.

(21) Los del Imperio. Facit l. 1. C. de summ. Trinil. et fide cathol. ibi: quos clementie nostræ regis imperium, et infra eod. l. 3. ibi: e de los otros Reynos, sobre que el Emperador non ha señorio.

(22) Lo suyo. Fundat ergò Imperator jurisdictionem suam, et etiam Rex quoad jurisdictionem, licet non quoad dominium rerum particularium. Adde Bald. in l. cum multa, C. de bonis, que liber.

(23) Buen cambio. Adde l. 31. tit. 18. infra, Partit. 3. et Archid. in cap. per principalem, 9. quæst. 3. sed an transeat dominium in Principem vel ejus donatarium non dato prius cambio; videtur, quòd sic, per l. 2. C. pro quibus causis serui pro præm. libert. accip. et per l. 3. tit. 22. Part. 4. et ita arguit Luc. de Pen. in l. 5. C. de location. prædior. civil. lib. 11. colum. 22. et quia quando est favor communis boni, potest differri solutio, ut tradit Andr. de Iser. in tit. quæ sint regaliv, in parte moneta, ad fin. ista tamen lex, et l. 31. tit. 18. Part. 3. multum urgent in contrarium, cum dicant prius debere solvi pretium: sed intellige, quando Rex haberet illico unde solvat; si tamen non haberet, et acciperet rem subditi favore communis boni, potest differri solutio, secundum Andr. de Iser. in dict. vers. moneta, in fin. et nota multum. Item cogita, an possit limitari ista lex, quando procedit de jure, et non de plenitudine potestatis, ut tradit Alber. in prima constitutione Digestorum, colum. 5. et in l. quoties, C. de precibus Imperat. offer. colum. 3. et videtur tenere Bald. et Angel. per textum ibi in l. 2. C. de quadrienn. præscript. et tenet expressè Ludovic. Roman. consil. 30. cui adde Philip. Decium in cap. quæ in ecclesiarum, colum. 8. de constit. qui dicit, et rectè posse hoc procedere soluto pretio, non aliàs. Cogita etiam, an et similiter limitari possit ista lex, quando dominus rei passus est rem possideri à Principe, vel donatario, quia tunc videtur habere fidem de pretio, Gloss. in l. quod vendidi, ff. de contrahend. emptio. et vide ad hoc Joan. Fab. et Salycet. in l. 2. C. de acquir. possess. et cogita etiam, an possit limitari hæc lex, quando Princeps assumeret, vel concederet publica, in quibus majorem videtur habere potestatem, quam in rebus privatorum, ut in l. prohibere, §. planè, et ibi Bart. ff. quod vi aut clam, et in l. 3. tit. 23. Partit. 3. l. omnia, et ibi Bald. de pagan. et templ. eorum, et vide Paul. de Cast. in l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. et Andr. de Iser. quæ sint regaliv, super parte, flumina navigabilia: quas tamen duas finales limitationes pro nunc non firmo, quia dubito de eis.

(24) Otorgassen. Sed an populus Romanus, qui hanc potestatem transtulit in Imperatorem, l. 1. in princip. ff. de constit. Princ. §. sed quod Principi; Instit. de jur. nat. gent. vel civil. et hic possit hodiè hanc potestatem revocare, et tollere Imperatoris potestatem, et scias, quòd hodiè populus Romanus intelligitur quasi omnes gentes, quæ obe-

gelo ouiesse a tomar, por razón que el Emperador ouiesse menester de fazer alguna cosa en ello, que se tornasse a pro comunal de la tierra, tenuto es por derecho de le dar ante buen cambio (23), que vala tanto o mas, de guisa que el finque pagado, a bien vista de omes buenos. Ca maguer los romanos, que antiguamente ganaron con su poder el Señorio del mundo, fiziessen Emperador, e le otorgassen (24) todo el poder, e el señorio que auian sobre las gentes para mantener, e defender derechamente el pro comunal de todos, con todo esso non fue su entendiimiento,

diunt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etsi sint exempti ab Imperatoris dominio et jurisdictione et privilegio, vel præscriptione, vel simili causa, ut eleganter tradit Bart. in l. hostes, col. 1. et 2. ff. de capt. et videbatur, quòd sic; quia ad eos ad quos pertinet institutio, et similiter competit destitutio, cap. ea qua, de stat. monach. §. præcipimus, notatur in cap. cum ex injuncto, de hæret. Archid. in cap. grandi, de supplend. negligent. Prælat. lib. 6. et omnis res, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur, cap. omnis, de regul. jur. sic et olim Romanus populus expulsi Tarquinum regem, ut patet in historiis, et habetur in l. 2. §. in initio, et §. ex actis, ff. de orig. jur. Præterea populus Romanus per viam legis, scilicet regis, hanc potestatem transtulit in Imperatorem: ut in dict. l. 1. et dict. §. sed quod Principi; ergò per contrariam legem revocare posset, l. non est nocum, ff. de legibus: et istam partem tenere videtur Jacob. Butri. qui concludit, quòd posset populus Romanus ad se imperium revocare. Ejusdem opinionis videtur fuisse Erasmus in lib. Adagiorum: chiliade 4. centuria 1. in primo adagio, illo videlicet: dulce bellum inexpertis, col. 16. cum dicit, hoc ipsum jus, quod habet, populi consensus dedit, ejusdem autem (ni fallor) est tollere, qui contulit: istud etiam tenet Guiliel. in l. non ambigitur, ff. de legib. quia primus Imperator non potuit quærere successori, et videtur sequi ibi Bart. in contrarium videtur, quia ista translatio fuit quoddam pactum reciprocum, seu quidam contractus inuominatus inter populum et Imperatorem, et sequuto implemento ex parte Imperatoris, non videtur admittenda penitentia ex parte populi, l. si pecuniam, ff. de condict. ob caus. l. ex placito, C. de rerum permutat. re non integra et Imperatore jam sumptibus onerato. Præterea hodiè potius vadit imperium ex ordinatione ecclesiæ, quam ex suffragio populi, cap. venerabilem, de elect. cap. ad Apostolicam, de rejudic. lib. 6. Clement. Romani Principes, de jurejur. et ut dicit Philos. 12. methaphisicæ, oportet reipublicæ per unum consuli, unus ergò Princeps; et istam partem videtur tenere Bald. l. fin. C. de legib. asserens falsam esse opinionem dicentium, quòd populus Romanus possit deponere Imperatorem, nam ad quem non pertinet creatio, non pertinet destructio; solus ergo Papa, secundam eum, potest deponere Imperatorem, non ex omni causa, sed solum ex causa gravi et notoria, ex qua turbatur universalis status christianus, vel ecclesiæ, ut in dict. cap. ad Apostolicam, et quod notatur per Gloss. in cap. alius, 15. quæst. 6. istam opinionem expressius tenet Salicet. ibidem, qui relata opinione Jacob. Butri. subdit, quòd hæc opinio Jacob. Butri. fortè olim tolerari poterat, sed hodiè non toleratur, cum electio Imperatoris spectet ad Principes de Alemania, et jus privandi eum spectet ad Papam, ut in dict. cap. ad Apostolicam; et sic cum populus Romanus de hoc non se debeat impedire, videtur secundam eum, quòd neque legem generalem condendo possit potestatem Imperatoris revocare, etiamsi vacet imperium, cum tunc ante electionem succedat ecclesia seu Papa, cap. licet ex suscepto, de foro compet. et hæc etiam fuit opinio Dini, et Rayn. contra Guiliel. ut refert Alber. in dict. l. non ambigitur, et istam opinionem tenet, et dicit esse communem: Angel. Aret. in dict. §. sed quod Principi;

de lo fazer Señor (25) de las cosas de cada vno, de manera que las pudiesse tomar a su voluntad, sino tan solamente, por algunas de las razones que de suso son dichas. El este poder ha el Señor, luego que es escogido de todos aquellos, que han poderio de lo escoger, o de la mayor parte, seyendo fecho Rey (26) en aquel lugar, onde se acostumbra a fazer antiguamente, los que fueron escogidos para Emperadores.

LEY III.

Que poderio ha el Emperador de fecho.

Poderoso deue el Emperador ser de fecho, de manera que el su poder sea tan cumplido, e assi ordenado, que pueda mas que los otros de su Señorío, para apremiar, e constreñir, a los que le non quisieren obedescer. E para auer tal poderio como este, ha menester que se enseñoree de las cauallerias (1), e que las parta, e encomiende a tales Cabdillos, que le amen, e que las tengan por el, e de su mano, de manera que conozcan a el por Señor, e a los otros que los cabdillan, por guiadores. E otrosí deue ser poderoso de los Castillos, e de las Fortalezas, e de los Puertos del Imperio, e mayormente (2) de aquellos que estan en frontera de los barbaros, e de los otros Reynos, sobre que el Emperador non ha Se-

ñorio, porque en su mano es en su poder sean todavia las entradas e las salidas del Imperio. E otrosí deue auer omes sabidores, e entendidos, e leales, e verdaderos, que le ayuden, e le sirvan de fecho en aquellas cosas, que son menester para su consejo, e para fazer justicia, e derecho a la gente. Ca el solo non podria ver, nin librar todas las cosas, porque ha menester por fuerza ayuda de otros, en quien se fie, que cumplan en su lugar, usando del poder que del resciben, en aquellas cosas que el non podria por si cumplir. Otrosí dixerón los Sabios, que el mayor poderio, e mas cumplido, que el Emperador puede auer de fecho en su Señorío, es quando el ama a su gente, e es amado della. E mostraron que se podria ganar (3) e ayuntar este amor, faziendo el Emperador justicia derecha, a los que la ouieren menester, e auiendo a las ve-gadas merced (4) en las cosas que con alguna razon guisada la puede fazer, e honrrando su gente de palabra, e de fecho, e mostrandose por poderoso, e por amador de cometer, e fazer grandes fechos, e cosas grandes a pro del Imperio. E aun dixerón, que el Emperador, maguer amasse su gente, e ellos a el, que se podria perder aquel amor por tres razones. La primera, quando el fuesse torticero (5) manifestamente. La segunda, quando despreciasse (6), e abiltasse los omes de su Señorío. La tercera, quando el fuesse tan crudo con-

et à fortiori hæc procederent in Rege ex pacto à principio assumpto à multitudine populi, cum pacta seruanda sint, l. 1. ff. de pactis, cap. 1. eod. tit. posset tamen Rex, si tyrannus fiat, ab eadem multitudine destrui, vel refrænari ejus potestas, si potestate regia tyrannicè abutatur: neque putanda est talis multitudo infideliter agere tyrannum destruendo, etiamsi eadem in perpetuum se antea subjecerit, quia hoc ipse meruit se non fideliter gerens in regimine, quòd et pactum à subditis non seruetur, secundum S. Thom. lib. 1. de regim. Princ. cap. 6. qui etiam ad hoc adducit Regis Tarquinii, et filiorum ejus expulsionem propter tyrannidem, et de Domiciano Imperatore: et vide etiam quæ dico infra eod. l. 10. et quæ tradit Bald. consil. 325. super 1. puncto, 5. vol.

(25) De lo fazer señor. Vide Gloss. in l. bene à Zenone, C. de quadrienn. præscript.

(26) Fecho Rey. Vide cap. ad Apostolicam, in fin. et ibi Gloss. de re judic. lib. 6. et nota, quòd non mutatur in ejus electione, et coronatione sibi nomen, sicut fit in Papa, Bald. in præmio Decret. colum. 2. poterit ergò ante ejus coronationem ista exercere, ut in l. bene à Zenone: C. de quadrienn. præscript. ibi: antequam imperiales suscipimus insulas, et ibi Doct. et Bald. in l. 2. colum. 10. vers. juxta prædicta quaritur, C. de seruit. et nota; quòd filius Imperatoris potest immediatè eligi in Imperatorem post patrem, vide cap. habeo librum, et ibi Præp. Alexand. 16. dist.

LEX III.

Facto etiam Imperator debet esse potens, ut possit inobedientes distringere, oportet ergò dominari exercitibus, quos talibus ducibus et capitaneis commendet et distribuât, qui eum diligant, et dominum recognoscant, fortalitia imperii, maximè ea quæ sunt in limitibus, ad manus sint Imperatoris. Habeant etiam viros prudentes et sapientes,

quorum consilio et auxilio iuuetur, et major potestas erit ei, si diligit et diligatur à subditis, quæ dilectio habebitur, si rectè justitiam administret, et misericordiam in parcendo aliquid habeat, et si verbo et facto gentem suam honoret, et magnificè se ostendat dilectorem committendi et faciendi præclara gesta et grandia ad commodum imperii: et caveat, quòd ex tribus posset perdi dilectio subditorum, ex injustitia, videlicet, ex subditorum contemptu et villipendio, ex securitate nimia. Hoc dicit.

(1) *Cauallerias*. Princeps ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit, et ipse super duces stabit, Isaie cap. 32. v. 8. et de potentia Regis, qua possit compellere rebelles, et qualis debeat esse, tradit Arist. 3. politicorum, cap. 11.

(2) *Mayormente*. L. quicumque, C. de fundis limitroph. lib. 11.

(3) *Ganar*. Majestas Principis per bonum et æquum conservatur in esse, Bald. in l. 1. colum. 1. ff. de constit. Princip. per modicum tamen excessum non vult vituperari, secundum eum ibidem; et licet in Principe sit plenitudo potestatis super omnes, ipse tamen debet cogitare, quid agat, Bald. in prælid. feud. colum. 9. non enim omnia decent Principi: vide pulchra verba B. Bernard. de considerat. ad Eugen. lib. 3. colum. 6. et 7.

(4) *Merced*. Nam dispensatio aliquando est debita, cap. nisi rigor, ubi Gloss. 1. quæst. 7. et cap. dispensationes, cum cap. sequenti, ead. caus. et quæst. et in cap. noli, 23. quæst. 1. vide Abb. in cap. cum nobis, 10. notab. de elect.

(5) *Torticero*. Nam injustitia aliquando est debita, cap. nisi rigor, ubi Gloss. 1. quæst. 7. et cap. dispensationes, cum cap. sequenti, ead. caus. et quæst. et in cap. noli, 23. quæst. 1. vide Abb. in cap. cum nobis, 10. notab. de elect.

(6) *Despreciasse*. Princeps debet esse humanus, non superbus: l. 2. et ibi notat Bald. C. de donat. Regis in regiam.

tra ellos, que ouiessem a auer del gran miedo ademas (7). **LEY IV.** *Como el Emperador deue vsar de su poderio.*

at Dos temporales (1) son; segund dixeron los Sabios antiguos, en que los Emperadores deuen vsar de las cosas que son menester, para endereçamiento de lo que han de fazer en cada vno destes tiempos. El vno es tiempo de paz. El otro de guerra. En el tiempo de paz (2) se deuen aparejar, e de veer todas las cosas (3), que le son menester para en tiempo de guerra, para que las tengan prestas, e se puedan mejor ayudar dellas, quando les fuere menester. Otrosi deuen en esse mesmo tiempo, entender en endereçamiento de su gente, e de su tierra, ayudandose de leyes, e de fueros, e derechos, e vsando dellas contra los soberuios, e los tortizeros, dando su derecho a cada vno. E otrosi deuen endereçar, e ordenar sus rentas, e todo lo suyo, de manera que lo aya bien parado, e que se puedan ayudar dello. Ca maguer la riqueza del Emperador sea muy grande, si bien parada non fuere, poco se podria aprouechar della. Deuese otrosi trabajar en buena manera de

ayuntár algun tesoro, de que se pueda acorrer (4), quando algun grande fecho fiziere, e se le descubriesse a so ora, porque lo pudiesse mas ligeramente acometer, e acabar. Otrosi dixeron los Sabios antiguos, que el Emperador deue vsar en tiempo de guerra, de armas e de todas aquellas cosas, de que se pueda ayudar contra sus enemigos por mar o por tierra. E aun mostraron, que se denia aconsejar (5) el Emperador en fecho de guerra con los omes honrrados, e con Caualleros, e con los otros que son sabidores della (6), e que han a meter y las manos quando menester fuere. E deue vsar de su poderio por consejo (7) dellos, bien assi como se guia por consejo de los sabidores de derecho, para toller las contiendas que nascen entre los omes.

LEY V.

Que cosa es el Rey.

Vicarios (1) de Dios son los Reyes, cada vno en su Reyno, puestos sobre las gentes, para mantenerlas en justicia, e en verdad quanto en lo temporal, bien assi como el Emperador (2) en su Imperio. Esto se muestra complidamente en dos maneras. La primera

(7) *Ademas.* Nam cum Dominus Noe filiisque ejus diceret: Crescite, et multiplicamini, et replete terram, subdidit: Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, quod secundum B. Gregor. lib. 21. *Moralium*, cap. 11. idcirco ei dicitur, ut ab animalibus, non ab hominibus timeatur; plerumque tamen convenit timeri a subditis, ut humana saltem formidine subditi peccare metuant, vide ibidem per Gregor. et l. 1. ff. de just. et jur.

LEX IV.

Ut utrumque tempus belli et pacis possit Imperator gubernare, paret tempore pacis necessaria ad tempus belli: vacet legibus, et justitiæ, et reddituum suorum bonæ administrationi, ut ex eis iuvare possit; procuret modo licito thesaurum colligere, quo possit arduum quid et magnum factum aggredi, si occurrat. Item tempore belli intendat armis et aliis auxiliis contra hostes, et exequatur tunc agenda cum militum et artis bellicæ sapientum consilio. Hoc dicit.

(1) *Dos temporales.* Vide Ecclesiastes cap. 3. v. 1. *Omnia tempus habent*, et ibidem: *Tempus belli, tempus pacis*, et Ecclesiastic. cap. 4. v. 23. *Fili, conserva tempus: et devota à malo.*

(2) *De paz.* In die bona frueri bonis, et malam diem præcave, Ecclesiastes cap. 7. v. 13. Et in die bonorum ne immemor sis malorum, Ecclesiastic. cap. 11. v. 27.

(3) *Las cosas.* Multos enim pejus sua felicitas stravit, multos diuturna pax inertes reddiit, eoque illos inopinatos hostis gravius percussit, quo longo quietis usu negligentis invenit, B. Gregor. lib. 31. *Moralium*, cap. 30.

(4) *Pueda acorrer.* Militares expensæ et hostium invasiones multa egent diligentia, et non possunt citra pecunias hæc agi, causa videlicet nullam recipientem dilationem, ut in authent. ut judic. sine quo suffrag. §. oportet quoque, collat. 2.

(5) *Aconsejar.* Cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella, Proverb. cap. 20. v. 13.

Otras cosas y ha, sin las que diximos en las leyes del titulo ante deste, de que se deuen los del Pueblo mucho guardar de las non fazer al Rey, ca maguer non tengan en su cuerpo mesmo por vista, tañen y por obra. E esto seria, quando alguno quisiesse conse- jar, o fazer (1) a la muger del Rey, cosa en que fiziessse tuerto a su marido, e por que ella valiesse menos de su cuerpo; ca en tal cosa como esta, nasce deshonrra en dos ma- neras. La vna, quanto a Dios. La otra, quan- to al mundo. Ca segund Dios, aquella que le fuera dada derechamente por ley, para ser- le ella sola compañera (2), a semejante del casamiento que el fizo en Parayso de vn ome e de vna muger, tornar lo yan los que esto fiziessen a desordenamiento, faziendola ser co- munal, dandose a otri assi como a su mari- do. E el casamiento que fuera fecho lealmente, que segund establecimiento de Santa Egle-

filiam nubilis ætatis deosculatus esset, et mandavit filiz, ut non tantum virginitatem illibatam marito, sed etiam oscula ad virum sincera proferret. Præterea ista lex videtur hoc velle, cum dicit: *porque ella valiesse menos de su cuer- po*, quod verificatur in turpi ludo. Item etiam, quia per ista venera probatur adulterium, ut notat Bart. in l. *quod ait lex*, et in l. *capite quinto, ff. de adulter.* Item quia hic pervenit ad actum facti; unde puniri debet, ac si perfecisset delictum, l. *si quis non dicam rapere, C. de Episcop. et cleric.* et vult Bart. in terminis in dict. l. 1. ff. de extra- ordin. crimin. Præterea istam quæstionem videtur decidere in terminis Andr. de Iser. in dict. §. *item si fidelis*, colum; penult. ubi quærit, an attentantes talia, de quibus in dict. §. in mulierem Regis, vel Imperatoris, incidant in crimen læsæ majestatis, et adducit fortes rationes, quibus probat tale crimen esse; manet tamen dubius, dicens hoc non lege ita expressè caveri, quòd sit crimen læsæ majestatis. Cum igitur ista lege specificè sit hoc cautum, et quòd est unum de gravioribus proditionibus, quæ committi possunt contra Regem, videntur dictæ rationes Andr. de Iser. in omnibus dictis casibus militare; tu cogita, et vide dictum Iserni, nam ad id, quod adductum fuit de verbis hujus legis, faci- lis est responsio, cum etiam in his veneris possunt dicta verba verificari.

(2) *Pura serçe ella sola compañera.* Adde l. fin. tit. 6. supra ead. Partit.

sia es llamado legitimo, tornaria a ser desleal. E quanto al Mundo, farianle vna de las mayores deshonrras que ser pudiesse, en fazerle tuerto en aquella cosa, quel tenia apartadamente para si, en que naturalmente, ninguna cosa que buia, non quiere aparceria (3). E demas de todo esto, farian a ella perder la honrra que ante auia, llegandola al peor de nuestro, que muger puede auer (4). E aun a los fijos que della nascen, faria muy grand mal, metiendolos en dubda (5), e faziendolos siempre auer verguença del fecho de su Madre. Onde por todas estas razones, la pusieron los Antiguos, por vna de las mayores trayciones, que pueden ser fechas al Rey. E mandaron, que los que la fiziessen; o la consejassen a fazer, que ouiessem tal pena, como si matassen al Rey mismo (6). E en todas las otras cosas deuen honrrar, e guardar a la Reyna, como al Rey. Ca non podrian fazer a el complidamente, las cinco cosas (7) que de suso diximos, si a ella non guardassen. E quien se atreuiesse a fazer contra ella alguna de las cosas, que de suso son defendidas, que non deue fazer contra el Rey, lo vno por honrra del, porque ambos son como vna cosa, e lo al, porque los fijos que dellos nascen, son luego señalados por Señores, e deuen heredar los Reynos; porende farian traycion conosciada los que lo fiziessen, e deuen auer tal pena, como si lo ouiessem fecho contra el Rey mismo (8).

(3) *Non quiere aparceria.* Neque regna socium ferre, neque tædæ sciunt, Seneca, tragædia 8.

(4) *Que muger puede auer.* Nota nullum esse turpius opprobrium femine nuptæ, quàm adulterium.

(5) *Metiendolos en dubda.* Videtur ex ista lege, quòd inferitur præjudicium filiis in sua legitimitate, si probaretur tunc temporis, quando fuerant concepti, nec dum maritum; sed etiam adulterum cum matre rem habuisse, et quòd generaretur dubitatio in eorum filiatione, an essent veri, vel an essent filii adulteri. Sed contra hoc videtur casus in l. *miles*, §. *defuncto*, ff. *de adulter.* ubi dicitur, quòd etiam si uxor habuit rem cum marito, et amasio, potius præsumitur filius ex marito, et ad hoc dixit non esse alibi illum textum Angel. in l. *7. mense*, ff. *de statut. homin.* et Bald. etiam in plerisque locis ad hoc allegat illum textum, ut in rubric. *de probation. C.* col. fin. et in l. *si vicini*, C. *de nupt.* et in l. *si a matre*, ubi etiam dixit illum textum non esse alibi, C. *de suis et legitim. hered.* et in cap. 1. in princip. colum. 5. quib. *mod. feud. amittat.* et in l. 1. colum. 12. C. *qui accus. non poss.* ubi quòd honesta conjectura inhonestam præsumptionem favore innocentie probis excludit; videtur tamen quòd §. *ille defuncto*, non probat id ad quòd allegatur, nam ille textus solùm dicit, quòd bene possunt hæc stare simul, mulierem scilicet adulteram, et filium natum ex viri amplexu, et sic non debet differri accusatio adulterii usque ad tempus pubertatis filii; et ita etiam Decius in cap. *per tuas*, *de probation.* dixit illum textum non probare id, ad quòd allegatur a doctoribus: tene menti legem nostram contra dictum doctorum fundamentum

LEY II.

Como el Rey deue ser guardado en sus Fijas, e en las otras sus Parientas.

Nescedad (1), e falsedad son dos cosas muy malas. Ca nescedad es entender las cosas como non son, e falsedad es obrar dellas muy malamente: e pues cada una dellas es muy mala por si, quanto mas quando se ayuntan en vno. Ca non puede ser, que el que las ha, non sea tenido por nescio e por falso. E porende podria ser, que algunos queriendo vsar de la falsedad, pornian ante si el desentendimiento, mostrando que el mal que quieren fazer, que lo non entendian. E esto seria, quando algunos tuuiessen, que guardando al Rey en fecho de su Muger, que non le auian a guardar en sus fijas, nin en las otras sus parientas. E tal nescedad como esta seria mucho estraña, porque aquellos, que a su linaje del Rey, se atreuiessen a fazerles deshonrra, bien deuen entender, que non honrrauan, nin guardauan a el. E porque tal fecho como este se monia mas de atreuimiento, e de falsedad, que de desentendimiento, establescieron los Antiguos de España, que qualquier que deshonrrasse fija de Rey (2), o su hermana, o otra su parienta, faziendole fazer maldad de su cuerpo, que ouiesse tal pena, como si la matasse. Ca assi como el que la matasse, le faria perder la vida, otrosi el que le ficiesse fazer maldad de su cuerpo, le tolleraria buena fama, e le daria mal prez, e le faria perder

se per illum §. et adde ad istam legem, 4. *Partit.* tit. 3. in summo.

(6) *Como si matassen al Rey mismo.* Vide suprâ tit. 1. l. 1.

(7) *Las cinco cosas.* De quibus suprâ tit. 1. l. 12. cum sequentibus.

(8) *Contra el Rey mismo.* Habet namque Augusta ea privilegia, quæ habet Princeps, l. *Princeps*, ff. *de legib. l. fiscus*, §. *fin.* ff. *de jur. fisci*, et vide l. 1. ad fin. infrâ tit. proximo.

LEX II.

Filiam, vel sororem, aut aliam Regis consanguineam in domo Regine, vel alio loco, in quo Rex eas reliquisset, stuprans etiam sine vi, occiditur, et si haberi non poterit, bannietur bonis amissis: consilium verò ad hoc præstantibus erui debent oculi, et bona capi: si verò hoc committat extra domum Regine, arbitrio Regis punietur; et si violenter fecerit, prodicionem facit manifestam, et debet mori, et si haberi nequeat, bannietur à regno, et bona amittet. Hoc dicit.

(1) *Nescedad.* Duplex est simplicitas, quædam contraria dolositati, et illa est bona, quædam contraria discretioni, et illa est mala, vide Gloss. in cap. *si cupis*, 16. *quest. 1.* et quando parcatur simplicitati, vel non, vide Gloss. in cap. *super litteris*, et ibi Abb. colum. 5. *de rescript.* et tu nota istam legem.

(2) *Que deshonrrasse fija de Rey.* Adde cap. 1. §. *item si fidelis*, quib. *mod. feud. amittat.* et cap. 1. §. *rursus, quæ fuit prim. caus. benefice, amitt.*

casamiento; porque deve morir, tambien como si la matasse. E si non lo pudiessen fallar (3), deve perder lo que ouiere (4), e ser echado del Reyno (5) para siempre. E los que consejassen tal cosa como esta, deuenles sacar los ojos, e tomarles quanto que ouieren. Pero esto se entiende, de aquellas que anduies- sen en casa de la Reyna (6), o que el Rey dexasse en algun lugar. Mas por las otras que estuuiessen a otra parte, deve el Rey escarmentar a los que tales cosas fizieren, segund el fecho fuere: porque estos non fazen tan grand aleue, como los otros por razon de la casa de la Reyna (7). E si alguno, con gran atreuimiento de locura, pasasse por fuerça a alguna dellas, en qual lugar quier que fuesse, este faria traycion conocida, por que deve morir, si le pudieren auer (8), e si non, ser echado del Reyno para siempre. E demas, deve perder todo quanto que ouiere.

LEY III.

Como deve el Pueblo guardar al Rey en las Dueñas, e en las Donzellas, que andan en Casa de la Reyna.

Camara llamaron antiguamente a la Casa de la Reyna. Ca bien assi como en la cama-

(3) *Si non lo pudiessen fallar.* Quid si postea fuisset repertus, et captus, captis et confiscatis jam ejus bonis? Videtur quod non possit occidi, ut habetur in l. 20. supra tit. 1. vide tamen l. 1. et 2. tit. 7. lib. 8. *Ordin. Regal.* et vide infra eod. l. proxim. ex qua patet, quod si esset homo vilis, occideretur: vide quæ dicam infra, vel dic, quod non fit hic transfusio unius pœnæ in aliam, sed bannitio ob contumaciam, cum reperi non potest: et sic si postea caperetur, posset occidi, ut in l. 16. tit. 4. infra 3. *Partit.* et notat Bart. in l. *Dixus*, la 2. colum. 2. ff. *de custod. reor.*

(4) *Deve perder lo que ouiere.* Et insuper dabitur pro inimico suorum consanguineorum, ut in l. proxima sequenti.

(5) *Ser echado del Reyno.* Id est banniri à regno, ut in l. 4. tit. 18. 4. *Partit.*

(6) *En casa de la Reyna.* Adde dict. §. *item si fidelis*, ibi: *in domo domini.*

(7) *De la casa de la Reyna.* Locus aggravat delictum, l. *aut facta*, §. *locus*, ff. *de pœnis*, *Instit. de injuriis*, §. *atrox.*

(8) *Si le pudieren auer.* Et sic quocumque tempore possit haberi, debet occidi: neque hic haberet locum, quod dicitur supra tit. 1. l. 20. nam ibi statim quod non fuit repertus, lex transtulit mortem in aliam pœnam, hic non; et quia si aliud diceretur, esset absurdum, ita quod minus puniretur stuprans per vim filiam Regis, vel aliam consanguineam, quam qui stupraret violenter aliam quaecumque virginem, vel viduam, ut in l. fin. tit. 20. infra 7. *Partit.* et quia ut dixi, hic non fit transfusio unius pœnæ in aliam, sed tantum fit bannitio, quæ non impedit pœnam mortis imponi, cum post capiatur.

LEX III.

Repertus faciendo inhonesta, vel facere moliendo, cum aliqua femina virgine, vel non virgine de domo Reginae, ex quibus talis femina diffamaretur, alevosiam committit,

Tom. I.

ra han de ser las cosas, que y ponen, encubiertas e guardadas, assi las dueñas e las donzellas, que andan en Casa de la Reyna, deuen ser apartadas, e guardadas de vista, e de baldonamiento de los omes malos, e de malas mugeres: esto por tres razones. La primera, por honrra, e por guarda del Rey, e de la Reyna. La segunda, por honrra dellos mismos. La tercera, por honrra de sus parientes. Onde, qualquier que alli se atreuiesse a fazer con alguna dellas cosa, por que le fiziesse ganar mala fama de su cuerpo, faria aleue conocido, porque deve morir, si le fallaren en el fecho (1), o andando en ello; e si non deuenlo echar del Reyno, si fuere ome honrrado; e finca por enemigo (2) de sus parientes. E si fuere ome de menor guisa, deve luego morir por ello, o quando quier que le fallen; e si non le fallaren, deve perder todo lo que ouiere.

LEY IV.

Como el Pueblo deve guardar al Rey en las Amas, e en las otras mugeres, que fueren en casa de la Reyna.

Mugeres muchas de otras maneras, conuiene que anden, e siruan en casa de las

et captus in fragranti delicto pœna mortis punietur: si verbò non sit ita captus, bannietur, et manet inimicus consanguineorum diffamatæ, si sit de honoratis; si verbò sit minoris conditionis, quancumque reperiat, debet mori, et si non reperiat, perdet bona. Hoc dicit.

(1) *Si le fallaren en el fecho.* Durius punitur apprehensus in fragranti delicto: licet quod de furto manifesto dicitur in §. *pœna*, *Instit. de obligation. qua: ex delicto nascuntur*, et in l. 1. ff. *vi honorum raptorum*, et hoc videtur speciale, nam regulariter apprehensio in delicto non aggravat pœnam.

(2) *Por enemigo.* Et sic poterit impunè ab eis offendi et occidi, ut in l. 3. tit. 16. infra ead. *Partit.* et notat Bart. in l. *ex facto*, §. *ex facto*, ff. *ad Trebellian.* est namque per legem eis bellum indictum, ut hic et quæ requirantur, ut possit dari hodiè pro inimico, vide l. 76. in *Ordination. Tauri*: sed cum hæc lex non imponat pœnam mortis, nisi quando nobilis est inventus, et deprehensus in hoc delicto, an consanguineo liceat occidere eum, vide Joan. Andr. in *additionib. ad Speculat. tit. de constitutionib.* in addition. *incipit*, rubrica *de consuetudin.* in fin. ubi dicit, quod sic de rigore; item quia aliàs hoc delictum merebatur pœnam mortis, si esset deprehensus, neque peccaret consanguineus, qui hunc aggrederetur, ut minister legis, et non ex ranco-re, ut vult ibidem Joan. Andr. et Abb. in cap. fin. *de consuetud.* colum. 4.

LEX VI.

Carnaliter cognoscens in domo Reginae servitricem, vel servam, seu aliam quancumque feminam ibi existentem causa servitii, vel ibi venientem causa consequenda justitiæ, occidetur in fragranti crimine repertus. Si non ita repertus, bannitur à regno, et si minoris sit conditionis homo, occidetur undecumque repertus: non repertus perdet medietatem honorum, et si femina sit nutrix, quæ ablaetat filium Regis, vel sit cameraria Reginae, quæ vulgò dicitur *cobijera*, quia custodit pannos, et arcas Reginae, erit ut pro-

Ooo

Reynas. Las vnas, que viuen y cotidianamente para fazer seruicio, e las otras, que vienen y de otras partes, por cosas que non pueden escusar; assi como por pedir algo, o por querrellarse de algun tuerto, que les ouiesse fecho. E destas y ha dellas, que son de Orden, assi como Monjas, o Freylas, de qualquier Religion que sean, e otras, que son seglares. E sin estas, andan y otras, que son sieruas (1), assi como mugeres de otra Ley. Onde tambien estas, como todas las otras, que y viniessen por qualquier razon, es tenudo el Pueblo, de las guardar por guarda del Rey, de manera que ninguno non se atreua de fazer fazimiento con ellas, porque las fagan malas mugeres. Ca qualquier que yoguiesse con alguna dellas en casa de la Reyna, faria aleue conocida, como quier quel non seria tan grande, como las que en las otras leyes diximos: de guisa que si fuere ome hourrado, e le fallaren en el fecho, que le deuen matar, e si non, ha de ser echado del Reyno. E si fuere de menor guisa, deue morir porende, quando quier quel fallen: e si non lo pudieren auer, ha de perder la meytad de lo que ouiere. Mas si aquella con quien fiziesse el yerro, fuesse Ama que diesse la teta (2) a alguno de los hijos del Rey, o cobigera que seruiessse a la Reyna cotidianamente, guardandole sus paños, o sus arcas, faria traycion conocida el que con ella yoguiesse en casa de la Reyna. E lo del Ama defendieron los Sabios antiguos, porque si tal cosa fiziesse en quanto diesse la leche al niño, podria ser, que vernia por ello a grand enfermedad, o muerte. Mas lo de la cobigera, encarecieron tanto los Españoles leales, que lo pusieron como por equal de la Reyna: e esto por dos razones. La vna, porque ella es mas cotidianamente priuada de la Señora, e sabe mas sus fechos, e sus poridades, que las otras; e porende la podria mas ayna meter a fazer maldad, e gelo encu-

brir mejor. E la otra, porque podria ser, que alguna cobigera orgullosa, queriendo fazer maldad con alguno, vestiria los paños, e portaria las tocas de la Señora, por parecer mejor, e los que la viessen, sospecharian que ella era mesma, e ganaria por ello mal prez, non auiendo culpa. Onde por todas estas razones, qualquier que yoguiesse con alguna destas, deue morir por ello, e perder la meytad de lo que ouiere. E si non lo pudieren fallar, deue ser echado de la tierra (3), e perder todo lo suyo.

TITULO XV.

QUAL DEUE SER EL PUEBLO EN GUARDAR AL REY EN SUS FIJOS.

Debdo de ayuntamiento de amor han los omes con sus mugeres; mas debdo de ayuntamiento de linaje, este han derechamente con sus hijos, mas que con los otros parientes. Onde pues que en el titulo ante deste mostramos, qual deue el Pueblo ser en guardar al Rey, en su muger, e en sus hijas, e en las otras mugeres que andan con ellas, queremos aqui dezir, qual conuiene que sea, en guardarle en sus hijos, e en los otros sus parientes. E mostraremos como deue ser fecha esta guarda, e por que razones, e en que cosas; e que bien, e pro viene della, quando bien se faze; e que daño, quando non es fecha como deue; e que pena merescen los que yerran en ella.

LEY I.

Como deue el Pueblo guardar los Fijos del Rey.

Assi como el Pueblo es tenudo de conocer, e de amar, e de temer, e de hourrar, e de guardar al Rey, por Dios cuyo lugar

ditior occidendus, perdetque medietatem bonorum, et si reperiatur uequeat, bannietur, et omnia bona amittet. Hoc dicit.

(1) *Sieruas*. Sed videbatur non ita punibilem esse coitum cum ancilla, cum propter stuprum ancille competat actio injuriarum, et de seruo corrupto, et legis Aquiliae, ut in l. miles, §. penult. et l. penult. ff. ad leg. Jul. de adulter. et posset extraordinarie puniri, ut dicit Gloss. in l. inter liberos, eod. tit. et condemnatus non est infamis ut in l. et si libidinem, C. ad leg. Jul. de adulter. Sed hoc ideò fit, quia in domo Reginae, et propter honorem Regis, ut hic dicitur, et procedit quando fuit factum stuprum sine vi, nam si cum vi, haberet locum l. unic. C. de rapt. virgin. et l. fin. tit. 20. 7. Partit.

(2) *Que diesse la teta*. Quid si esset vir, seu maritus nutricis, an patietur hanc penam? Dic quod non, quia hic non de coitu licito, sed illicito loquitur; et quod habetur in cap. ad ejus, 5. dist. procedit secundum glossam ibi, in alio casu, scilicet quando mater est in purgatione, ne ex tali coitu generentur filii morbos.

(3) *Echado de la tierra*. Id est, banniri in aere et in persona, ut dixi suprà in l. 2.

TITULUS XV.

LEX I.

Sicut Rex seruandus est à populo, ita et filii ejus, maxime primogenitus, cui debetur in omnibus idem quod patri, et in eum insurgens eadem pena afficietur, ac si contra patrem. Si tamen primogenitus insurgat contra patrem, attentans illum occidere, vel capere, vel exheredare, tunc vassalli impunè Regem defendere debent, et offendere primogenitum: idemque erit, si alii Regis filii contra Regem, vel fratrem primogenitum insurgant, vel ipse primogenitus et alii fratres id faciant contra matrem Reginam talia non merentem. Item occidens, vulnerans, aut capiens quemlibet aliorum filiorum Regis, proditor est et morti tradendus; qui si inueniri non possit, perpetuò bannietur cum amissione omnium bonorum. Hoc dicit.

tiene en tierra, e otrosi naturalmente, porque es Señor, e por las otras debdas que diximos, assi son tenudos de fazer todas estas cosas a sus hijos por razon del. Ca segund los Sabios antiguos mostraron, el padre, e el hijo (1) assi son como vna persona, pues que del es eugendrado, e rescibe su forma, e esle naturalmente ayuda, e esfuerço en su vida, e despues de su muerte su remembrança, porque finca en su lugar. Onde por todas estas razones los deuen honrrar, e guardar, assi como a el, de muerte, e de ferida, e de todas las otras cosas (2), de que les pudiesse venir deshonrra, o daño, o mal, de aquellos que de suso diximos, de que el Rey mismo deue ser guardado, e mayormente aquel que deue ser Rey. E esto por dos razones. La vna, por el padre que es Señor. La otra, por el Señorío del Reyno para que Dios lo escogio, quando quiso que nasciesse primeramente que los otros sus hermanos. E porende en todas cosas le deuen guardar a este, assi como a su padre. E quien fuesse contra el, deue auer tal pena, como si al padre mesmo lo ouiesse fecho, como de suso diximos. Fuera ende si el quisiesse matar, o prender, o ferir, o desheredar a su padre (3): ca estonce qualquier cosa que fiziessen los vasallos por razon de de-

fender al Rey su Señor, non aurian porende esta pena sobredicha. E esto es, porque el Señor natural deue ser guardado sobre todas las cosas. E esso mismo dezimos de los otros hijos, si alguna destas cosas de suso dichas quisies- sen fazer contra el Rey su padre, o contra su hermano el mayor. Otro tal dezimos, si el hermano mayor, o alguno de los otros hijos del Rey, fiziessen alguna destas cosas sobredichas contra la Reyna su madre. Fuera ende, si ella ouiesse fecho tal yerro, que el Rey mismo, e ellos lo ouies- sen de caloñar. Ca sobre tal razon como esta, qualquier que al Rey ayudasse, faziendolo por su mandado, non auria culpa, niu caeria en la pena de suso dicha. E quien en otra manera matasse a sabiendas, o firiessse, o prisiessse alguno de los otros hijos del Rey, faria traycion, e deue morir por ello. E si non lo pudieren fallar, ha de perder todo lo que ouiere (4), e ser desterrado para siempre.

LEY II.

Como el fijo mayor ha adelantamiento, e mayoría sobre los otros sus hermanos.

Mayoría (1) en nacer primero (2), es, muy grand señal de amor, que muestra Dios

(1) *Fijo*. Filius est patris et matris, et commune bonum conjugatorum, et in eo saluatur pater, et paterni nominis diuinitas, vide Bald. in l. 2. col. 6. *C. unde vi*. Et mortuus est pater, et quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se: in vita sua vidit, et letatus est in illo, Ecclesiastic. cap. 30. v. 4. et 5.

(2) *De todas las otras cosas*. Nota hoc generale verbum, et etiam infra cum dicit: *e por ende en todas las cosas*. Unde statutum in Rege, et ejus uxore, et filiis et aliis de ejus domo, procedet in filio ejus primogenito, et ejus uxore, filiis et aliis; nam etiam in vita patris primogenitus Regis appellari potest Rex, ut dicit gloss. in cap. *cepit Ermenegildus*, 24. quæst. 1. et filios Regum Reges esse quis nesciat, dicit Bernard. 1. sermon. Adventus, colum. 1. et adde Bald. in l. *liberti*, column. 5. *C. de oper. liberti*.

(3) *O desheredar a su padre*. Nota bene, et adde quod filius, qui committit aliquam causam ingratiitudinis contra patrem, ex quibus potest exheredari, perdit privilegium filii, ut habetur in authent. *ut cum de appellat. cognos. §. causas*, collat. 8. et tenet Bart. in l. *Divus*, ff. *ad leg. Pompei. de parricid.* ubi idem dicit, si adulterasset novercam uxorem patris, quod etiam habetur in dict. §. *causas*; sed quoad casum hujus legis non sufficerent omnes predictæ causæ, si non essent de hic expressis, et tunc quando fieret ob defensionem patris Regis, et non aliàs, et quando fieret de jussa Regis, ut hic dicitur, et non aliàs; quod bene nota. Sed quid si pater Rex dilapidaret bona regni, et ex hoc filius primogenitus insurgeret contra patrem, an erit licitum, vel an in hoc casu limitetur ista lex? Videtur, quod neque hoc casu liceat filio exheredare patrem a regno, cum erubescat lex filios castigatores esse parentum, ut in authent. *de nupt. §. et quod sancitum*, collat. 4. et quia ista lex in hoc non distinguit, idè generaliter debet intelligi; cap. *si Romanorum*, 19. dist. 1. *de pretio*, ff. *de Publician.* in contrarium facit l. *Imperator*, ff. *ad Trebell.* et l. fin. *C. de sentent. pass.* ubi dicitur, quod pater dissipans fideicommissum, cogitur illud restituere filio, etiam ante conditionis eventum, et interdicitur sibi administratio bono-

rum filii tali casu, velut prodigo et furioso, ut dicit dict. l. fin. et sicut in casu furoris lex providet filium curatorem patri, ut in l. 1. ff. *de curator. furios.* sic etiam isto casu, maxime hoc suadente publica utilitate regni, et est ad idem textus in l. 2. in fin. tit. 2. infra, 3. *Partit.* crederem, quod prima pars sit verior, et quod neque hoc casu liceat filio primogenito, cervicem erigere contra patrem, sed quod recurri debeat ad Papam, prout fuit recursum in cap. *intellecto*, *de jurjur.* et habetur expressius in cap. *grandi*, *de supplend. negligent. Prælat.* lib. 6. et ibi Innoc. et Joan. Andr. Facit etiam bonus textus in l. fin. §. *non autem*, *C. de bon. quæ liber.* quem etiam ad hoc inducit Bart. in dict. §. *et quod sancitum*, dicens, quod ubi pater vendit immobilia filii, datur recursus ad ea, et sic patrem non potest reprehendere, ex quo sibi manet recursus, et sic etiam remanet primogenito, juxta ea quæ notat Bald. in vers. *amplius consueverunt*, *de pace Constan.* et docuit David omnes homines ad non præripiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum, ut suo tempore deferatur, vide Ambros. in *apologia David*, cap. 6.

(4) *Que ouiere*. Vide quæ dixi supra tit. 1. l. 2. et 3.

LEX II.

Filius primogenitus Regis succedit in regno exclusis aliis fratribus, et filio masculino non existente succedit filia major, et si decesserit primogenitus ante patrem relicto filio, vel filia legitimi matrimonii, in eum vel in eam transmittit jus successionis regni, quibus deficientibus admittitur proximior consanguineus, qui non fecerit aliquid, propter quod regnare non debeat: contra hoc veniens, proditor est. Hoc dicit.

(1) *Mayoría*. Majoría idem est, quod primogenitura, et est vulgare hispanicum, ut dixit Præpos. Alexandr. in cap. *jus naturale*, 1. dist. colum. 3. et sumitur hic majoría respectu ætatis, et ubi ex adjuncto aliud non constaret, appellatione majoriæ intelligitur de majori ætate, non scientia, virtute, vel honore, quia ubi verba habent in-

los hijos de los Reyes, aquellos que el la da, entre los otros sus hermanos que nascen des-

collectedum naturalem. et civilem, non debent intelligi civiliter, sed naturaliter, l. fin. C. de his, qui veniam etat. impetra. cap. susceptum, de rescript. et ibi gloss. lib. 6. et secundum nostram consuetudinem ea dicantur bona majoriæ, quæ de majori in majorem deferuntur; unde sufficeret, quod bona vincularentur inter descendentes alicujus jure majoriæ, etsi non diceretur perpetuò, cum vebra testatoris, vel alterius disponentis, intelligi debeant secundum consuetudinem, vel statutum loci, in quo disponitur, ut notat Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. et quæ Philip. Decius adducit consil. 297. colum. 2. et adducit etiam in aliis terminis questionis, scilicet super bonis, quæ dicuntur *Enriqueños*, Doct. de Palac. Rube. et in repetition. cap. per vestras, in rubric. colum. mihi 403. cum sequentibus.

Ex prædictis etiam videtur posse dici, quod si quis habens plures filios dicat, quod facit majoriam de talibus et talibus bonis in filium suum, quod intelligatur de filio majori, cum hoc sit de consuetudine, et per consequens de mente testatoris, et videtur hoc probari in l. cum ita legatur, §. in fideicommissio, ff. de legat. 2. subtiliter inducendo; et facit quod notat Bal. in l. executorem, C. de execut. rei judic. colum. 2. quod si testator jubet, quod bona sua distribuantur, intelligitur in pauperes. Item, quando aliqua bona tanquam indivisibilia uni dumtaxat debent competere, semper intelligitur, quod iste unus debet esse primogenitus, ut consuluit Angel. consil. 281. Francis. de Arel. consil. 164. quod perpetuò dicit notandum Roderic. Suarez in repetit. l. quoniam in prioribus, fol. 27. colum. 3. contrariam tamen facit l. si quis ita, vers. si quis filio, ff. de testam. tutel. ubi habetur quod si quis filio, non expresso proprio nomine, tutorem dederit, cum plures filios haberet, omnibus filiis tutorem videtur dedisse, et sic videbatur dicendum, quod omnes filii habeant bona jure majoriæ: sed potest dici, quod illud ideo, quia non repugnat, imò conformatur menti disponentis, cum sit de ejus intentione omnibus iis providere de tutore; in majoria verò repugnat menti disponentis, volentis bona non dividi inter plures, et de majore in majorem semper venire: vel dic, quod ex tali dispositione, deficiente filio majoriæ et ejus prole, videatur etiam facta majoria in filium secundum, et sic in ulterioribus ex verisimili mente testatoris, seu disponentis; cum enim majoria non ita applicetur omnibus filiis, sicut posset applicari tutela, videtur isto modo distinguendam; facit ad hoc, quod notat Cino post Jacob. de Raven. in quæst. de vetulu, in l. si pater, C. de hæred. instit.

Facit etiam dict. l. si quis ita, quod si testator distribuere omnia bona sua inter filios suos, et postea diceret, quæcumque reliqui filio meo, sit majoria pro se, et suis filiis et descendentibus, quod erant bona majoriæ, quæcumque filii reliquit, supposita ad hoc facultate regia præcedente; quod tamen sanè deberet intelligi, si ex qualitate videlicet honorum hoc constaret: quid enim si uni vasallos et jurisdictionem, aliis verò parva bona dimisisset, non enim tunc tale præsumeretur, sed ad illum, cui vasalli et jurisdictio fuerunt relictæ, talis generalitas esset referenda, nam ex qualitate rei inspicimus, quid intelligatur in contracta, ut tradit Bart. in l. Paulus, colum. fin. ff. de solut. facit gloss. in l. 1. in verbo agendo, ff. de superficite: et que notat Joan. de Plat. in l. fin. C. de præditiis Decur. lib. 10. Bald. in l. liberti, colum. 8. C. de oper. libert. et in l. 1. C. qui testam. facere poss. et in §. donare, qualiter alim feud. alien. poterat. Bart. in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. jur. et ex prædictis dici potest, quod si cavetur in majoria, quod deferatur filio majori, et deficiente filio ad nepotem, et in ejus defectum ad alios suos, quod intelligi debet ordine successivo, ex quo id disponens vult esse majoriam, et pro hoc videtur bonus textus in l. 1. §. si nemo; juncta glossa in verbo eorum, ff. ad Tertul. imò vult ibi textus cum glossa, quod hoc procederet, etsi diceret, deinde veniant ad filios meos simul, quod semper intelligatur ordine successivo. Sed ponè, quod reperiantur duæ majoriæ

pues del. Ca aquel a quien esta honrra quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e

eodem tempore factæ, et de eisdem bonis, una in filium majorem, alia in filium secundum, quis præferret? Et videtur, quod præferatur filius major per istam legem, et per notata per Bart. in l. 1. §. 1. ff. de honor. poss. secundum tabul. Item ponè, quod quis habens filios fecit majoriam dicens, quod volebat bona sua, ut essent bona majoriæ ex facultate quam habebat, et fortè morte præventus non aliter ordinavit circa perpetuam successionem majoriæ, sed tantum reliquit filio majori; contigit, quod iste filius decessit sine filiis, an bona veniant jure majoriæ ad alios filios fratris filii majoris? Et videtur, quod sic, et probari videtur in l. 1. in fin. princip. ff. de assign. liber. et quia intelligitur juxta consuetudinem disposuisse, et quia sic deciditur in feudis, quando relinquuntur jure feudi, non tamen deficientibus fratribus, et eorum descendantibus venit ad fratres testatoris, cap. 1. de successione fratrum, et vide in cap. 1. de duob. fratrib. a capitul. incest. et cap. 1. de duob. fratrib. de novo benefic. invest. nisi fortè constaret ex aliquibus, quod voluit instituens majoriam illam fore perpetuam, ut alibi diximus. Quid autem si quis facta majoria exheredet filium suum in sua hereditate, an videatur ex hoc revocare majoriam? Textus videtur, quod non in l. 1. §. sed si exheredato, ff. de assign. liber. Ponè etiam, quod pater fecit majoriam in duobus filiis majoribus, et voluit, quod pro indiviso bona possiderent, alios verò filios divisione facta inter ipsos simul instituit: quaeritur an si unus ex filiis majoribus moriatur, accrescat illa sua portio majoriæ omnibus fratribus, vel tantum fratri, cum quo habeat bona in majoriam? Et videtur, quod fratri, per textum in l. utrum, ff. de assign. liber. bonus textus in l. cohæredi, §. qui discretas, ff. de vulg. et pupil. Et quid si quis facta per eum majoria, ita quod manet irrevocabilis juxta LL. Tauri, seu quia fit in ultima voluntate, seu causa mortis donationis, postea bona majoriæ dat in emphiteusim aliquibus, an videatur ex hoc revocare majoriam? Et videtur, quod non: imò velle videtur, quod illud jus emphiteusis remaneat in majoria: pro hoc videtur casus singularis in l. si servus, ff. de assign. liber. Et an si pater, qui fecerat majoriam in filiam de pluribus rebus, postea cum tradit eam nupti, fecit ei majoriam de parte ipsarum rerum, an videatur transfudisse primam majoriam in secundam, et revocasse primam? Vide Bald. in l. filia legatorum, C. de legatis, et Bart. in l. hujusmodi, §. cum pater, ff. de legat. 1. Et nota, quod si quis facit majoriam de sui natura revocabilem juxta LL. Tauri, si tradit, sit irrevocabilis, quando fit per actum inter vivos, ut ibi habetur; si verò fiat per viam ultimæ voluntatis, seu donationis causa mortis, si tradat tunc, adhuc erit revocabilis, licet fructus percepti per eum, cui fuit tradita, erant percipientes, secundum Bald. in l. uxor, in fin. C. de legatis. Sed quaero an ex eo, quod pater instituit filium, et voluit quod si ipse et ejus descendentes decesserint sine filiis, quod bona veniant in filium secundum, an videatur ex hoc constituisse majoriam? Vide per Bart. in l. sed si sic, ff. de legat. 3. et in l. codicillis, ff. de usufruct. legat. et in l. centurio, colum. 12. vers. quaero ulterius quid si testator, ff. de vulg. et pupil. et vide Decium consil. 270. et consil. 421. Adverte etiam, quod hodiè de jure regni potest in tertia et quinta bonorum fieri majoria in unum ex filiis; si verò unicum tantum habeat filium, non cadit talis melioratio in unico filio, ut jam alibi diximus. Si tamen iste filius unicus repudiaret, veniret majoria in ejus substitutum, et licet filius non potuit gravari in legitima, cum ipse non acceptasset, tenebit gravamen in substituto, per l. cum patronus, et ibi Paul. de Castr. ff. de legat. 2.

(2) *Nascor primero.* Quid si duo nascantur simul, nascitur tamen quis prior egressus sit de utero matris: quæstio est vulgaris, vide latè de ea, per Joan. Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quæst. 6. et 7. cum sequenti; et an masculus præsumatur primo natus, vide Bald. in l. idem erit, ff. de statu homin. et istam questionem decidit l. 12. in princ. tit. fin. 7. *Partit.* ubi vide quæ dixi.

lo pone sobre los otros, porque le deuen obedecer, e guardar, assi como a padre, e a Señor. E que esto sea verdad, prueuase por tres razones (3). La primera, naturalmente. La segunda, por ley. La tercera, por costumbre. Ca segund natura, pues que el padre, e la madre cobdician auer linaje que herede lo suyo, aquel que primero nasce, e llega mas ayna, para complir lo que dessean ellos, aquel por derecho deue ser mas amado dellos, e lo ha de auer. E segund ley se prueua, por lo que dixo nuestro Señor Dios (4) a Abraham, quando le mando (como prouandole) que tomase su fijo Isaac el primero, que mucho amaua, e le degollasse por amor del. E esto le dixo por dos razones. La vna, porque aquel era el fijo que mas amaua, assi como a si mesmo, por lo que de suso diximos. La otra, porque Dios le auia escogido por Santo (5), quando quiso que nasciesse primero, e por esso le mando, que de aquel le fiziesse sacrificio. Ca segund el dixo a Moyses (6) en la vieja Ley, todo masculino que nasciesse primeramente, seria llamado cosa sauta de Dios. E que los hermanos le deuen tener en lugar de padre, se

muestra porque el ha mas dias que ellos, e vino primero al mundo. E que le han de obedecer como a Señor, se prueua por las palabras, que dixo Isaac (7) a Jacob su fijo, quando le dio la bendicion, cuydando que era el mayor: Tu seras Señor de tus hermanos, e ante ti se encoruaran los fijos de tu madre: e aquel que bendixeres, sera bendito, e aquel que maldixeres, caerle ha maldicion. Onde, por todas estas palabras se da a entender, que el fijo mayor (8) ha poder sobre los otros sus hermanos, assi como padre e Señor, e que ellos en aquel lugar le deuen tener. Otrosi, segund antigua costumbre, como quier que los padres comunalmente auian piedad de los otros fijos, non quisieron que el mayor lo ouiesse todo, mas que cada vno dellos ouiesse su parte; pero con todo esso, los omes Sabios e entendidos catando el pró comunal de todos, e conosciendo que esta particion non se podria fazer en los Reynos, que destruidos non fuessen, segun nuestro Señor Jesu Christo dixo (9), que todo Reyno partido seria estragado, touieron por derecho, que el Señorío del Reyno non lo ouiesse, si non el fijo mayor (10) des-

(3) *Por tres razones.* Nota de isto triplici modo prohibendi, natura, lege, et consuetudine.

(4) *Días.* Genesis cap. 22. v. 2.

(5) *Por Santo.* Non tamen omnia primogenita sancta sunt: sed omnia, quæ sancta sunt, sunt etiam primogenita: denique Cain primogenitus, sed non sanctus, vide Ambros. lib. 2. de *Cain et Abel*, cap. 2.

(6) *Dixo a Moysen.* Exod. cap. 13. v. 2. et Lucæ, cap. 2. v. 23.

(7) *Dixo Isaac.* Genesis cap. 27. v. 37.

(8) *El fijo mayor.* Frater major dicitur dominus domus, secundum Bart. in l. fin. col. 3. ff. de *colleg. illicit.* et nota ad hoc istam legem, et de iuribus primogenituræ vide Bald. in l. *cum antiquioribus*, colum. 5. *C. de iure deliberand.* et plenè in dicto tractatu Joan. Cirier. lib. 2. quæst. 2. et ibi in 14. prærogativa dicitur de ista, quam ponit hæc lex.

(9) *Dixo.* Matth. cap. 12. v. 25. et vide Bald. in *authent. hoc amplius, C. de fideicommissis.*

(10) *Si non el fijo mayor.* Quando enim unus filius ex pluribus debet succedere, intelligitur de primogenito, Bald. post Odofred. in l. *in successione, C. de Decurion.* lib. 10. Quid si nasceretur, antea quam pater adipisceretur regnum? Dic, quòd adhuc tamquam primogenitus succederet in regno, secundum Salicet. in l. *imperialis, §. his illud, C. de nupt.* ubi et Joan. Fabr. et quia fuerunt opiniones in hac questione, vide in dict. tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quæst. 12. et fortè in quæstione ista potest dici, quòd consideranda sint verba consuetudinis, legis, vel investituræ; quia si dicitur, quòd primogenitus Regis succedat, succedet etiam ante regnum natus; si verò dicatur, quòd primogenitus à Rege succedat, tunc non succedat ante adeptum regnum natus, et sic procedat glossa l. *imperialis*, hic allegata: ista distinctio potest colligi ex l. *Titius*, et ibi Bart. ff. de *testam. milit.* et fortè istud videtur melius dictum, quam id quod Bald. allegans dict. l. *Titius*, dicit in l. fin. *C. de Decurion.* lib. 10. nisi dicas, quòd in vulgari nostro ista distinctio non benè procedat, cum eundem sensum utroque modo habeat: unde non videtur Bald. malè loquutus, vide Joan. Cirier. ubi supra.

Quid autem si filius maior sectus sit ex ventre matris, ut de Cesare dicunt, et notat Glossa in princip. *Institut.* et

trahit Bald. in princ. ff. *veteris*, colum. 3. ubi dicit hoc nomen impositum fuisse Julio Casari, eo quia mater in partu obiit, et ipse secto utero lucem vidit, et secundum eum nempe non vidit matrem, ut non videret superiorem se, quem natura in hoc genuerat, ut omnia Casar esset, Bald. in l. fin. *C. de legitim. hered. vers. vidit dubitari*, tenet, quòd habetur pro filio legitime nato, et quòd succedat; et tenet etiam Felin. in cap. *sicut, de homicid.* ubi vide. Quid autem si filius major occidit possessorem majoriæ, an succedat? Et in majoria nova clarum est, quòd non in l. *ei qui*, et ibi Bart. ff. de *his quib. ut indign.* et in l. *Lucius*, ubi Bart. ff. de *jur. fisc.* et l. *ab hostibus, §. si vir uxorem*, ff. *solut. matrim.* l. *cum ratio, §. fin. ff. de bonis damnat.* l. 13. tit. 7. *Partit.* 6. et sic confiscarentur bona majoriæ in vita illius occisoris, et demum veniret in sequentes vocatos, l. *Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jur. fisc.* et in l. *si finita, §. si de vectigalib.* et ibi Bart. et Doctor. ff. de *damno infect.* nisi aliter esset provisum in majoria. Si verò esset majoria antiqua, videtur quòd occisor repellatur, et transeat statim in sequentem vocatum, ut in simili notat Glossa in feudo paterno, in cap. 1. *si vassall. feud. priv. cui defer.* Bald. in cap. 1. *§. similiter*, n. 4. *quib. mod. feud. amit.* l. *Imperator, ff. de fideicom. libertat.* per Alexand. 1. volum. consil. 23.

Quid autem si justè occiderit? Vide quæ tradit Doctor de Palacios Rubes in rubric. *de donatione inter virum et uxorem.* column. 450.

Et adverte, quòd in tantum procedit, quòd filius major succedat in majoria, quòd si aliquis infidelis veluti Sarracenus (qui iuxta morem patriæ possidet majoriam), si habens jam filium majorem ex uxore, convertatur ad fidem ipse, et ejus uxor, et postea procreent alium filium, succedet in majoria primus filius, licet natus in infidelitate, per textum notabilem in cap. *deinde*, 26. dist. et in cap. 1. 28. quæst. 1.

Sed an teneat consensus primogeniti consentientis, ut secundo genitus succedat in regno, vel majoria? Textus videtur, quòd sic, in cap. *quam periculosum*, 7. quæst. 1. et notat Bald. in *§. præterea, quib. mod. feud. amit.* qui etiam videtur ibi velle, quòd ex hoc consensu totaliter suo jure primogenitus priuaret, et vide de ista questione Joan. de Cirier. in suo tractatu *primogenituræ*, lib. 3. quæst. 1. et quæst. 8.

Sed pone, quòd cavetur in majoria, quòd succedat in ea filius primogenitus primi matrimonii, contingit, quòd possidens bona majoria non habuit filium ex primo matrimonio, non habuit tamen ex secundo, et etiam ex tertio matrimonio, modò est contentio inter primogenitum secundi matrimonii et ceteros ejus fratres; quaeritur an dabitur tali primogenito: istam quaestionem movent Jacob. de Aret. Cin. Alber. Bald. Salice. et Angel. in l. *si quis prioris*, §. *talem*, C. de secund. nupt. ubi Bald. arguit pro parte filiorum, et tandem concludunt, talem primogenitum praeferrì.

Quid autem si Rex fecisset donationem alicui nobili, qui contrahebat matrimonium cum aliqua domicella Reginae, de aliquo fortalitia vel aliquibus bonis, eo pacto ut esset majoria, et succederet in ea filius primogenitus ex eo, et ex dicta domicella natus, qui tamen ex tali domicella non genuit filium, et ea defuncta contraxit cum secunda, ex qua habuit filiam, an succedat in tali majoria? Quaestio est subtilis et pulehra; nam videtur, quòd non succedat in majoria alius filius; cum Rex in pacto se retulit ad natum tali domicella, argum. l. *filius à patre*, §. *si quis ex certa*, ff. de liber. et posthum. et ejus, quòd notat Glossa in l. *ideoque*, per illum textum ff. eod. et cum dixit de filio ex tali nobili nato, adjungit, et ex tali domicella, et sic est terminus complexivus et communis, et sic requiritur, quòd sit filius utriusque, per l. *cum vir uxori*, et l. *si vir uxori*, et l. sequent. §. fin. ff. de condition. et demonstrat. l. 2. ff. de condition. institut. in contrarium facit, quia donatio facta dicto nobili et dictae domicellae per Regem videtur facta cuilibet eorum in solidum, bonus textus in l. *unicus*, C. si liberalitat. imper. socius, lib. 10. facit etiam notabilis decisio Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in rubric. de testam. in l. addition. magna, vers. *occurrit alia quaestio*, ubi dicit post alios, quòd licet testator instituat ventrem uxoris ex eo pregnantis, si postea testator alios liberos suscipiat, etiam illi videntur instituti: et quòd etiamsi eos habuerit ex alia etiam secunda uxore, hoc procedat, tenent communiter Doctor. ut attestatur Socin. in l. *placet*, ff. de liberis et posthum. licet contrarium ibi voluit Paulus de Castro: facit etiam, quòd notat Bald. in authent. *quæ rem*, C. de sacrosanct. eccles. ubi tenet eleganter, quòd si emphyteusis sit concessa marito, et uxori, et eorum filiis, quòd non solum includantur filii illius matrimonii, sed etiam filii alterius matrimonii, licet secundum eam concessio facta fuerit sub illo termino communi et complexivo eorum. Et idem tenet Bald. in l. 1. C. de privileg. dot. et in l. penult. C. de impuber. et aliis: tenet etiam Socin. in dict. l. *cum vir uxori*, et si in contractibus fit dicta extensio, quanto magis in donatione regia, quæ potius est augenda, quam minuenda? Bonus textus in l. fin. C. de praepos. agent. in rebus, lib. 12.

Ex quibus decisionibus inferes ad decisionem quaestionis, quam vidi de facto, et sic terminata fuit, quòd facultas regia data marito et uxori, ut faciant majoriam in filium suum primogenitum, vel alium quem velint, quòd referatur ad quemlibet eorum in solidum, et ad filios, quos quicumque eorum haberet etiam ex alio matrimonio: fortè in quaestione ista potest dici, si Rex disposuit duo, primum videlicet, quòd dictum fortalitium sit majoria, et secundum, quòd succederet dictus filius primogenitus, quòd tunc etsi deficiat talis filius, succedet alius filius dicti nobilis ex alia licet uxore, ex quo non desinit esse majoria, licet talis filius natus non fuerit, l. *quidam testamento*, in princip. ff. de legatis l. 1. l. *Lucius*, ff. de aliment. et cibur. legatis, l. *cum pater*, §. *vicos*, ff. de legat. 2. facit bonus textus in cap. *cum dilecti*, de dolo et contum. l. *Celsus*, ff. de arbit. et bene confert ad hoc notabilis decisio Dalphinalis 505. de qua dicam in sequenti glossa. Si verò Rex dixisset, succedat talis filius natus ex domicella, tamquam in majoria, tunc non videtur quòd sit dispositum, quòd majoria sit in alio, quia verba non patiuntur; remanebit ergò in terminis juris communis successio in istis bonis, argum. l. *commoatissimè*, cum similibus, ff. de liber. et posthum.

Et quod in ista lege dicitur de praefendo in successione regni, vel majoriae filio primogenito, intellige de legitime nato, non de bastardo, ut in cap. *naturales*, si de feud. fuer. contro. inter domin. et agnat. et idem vult lex ista, quia loquitur de filio primogenito legitimo; quod etiam pa-

tet, cum inferius subdit, *que de xasse de la muger legitima* et bastardi praesertim inter illustres pro nihilo reputantur, quos magnatum aut nobilium consuetudo non novit, secundum Bald. in dict. §. *naturales*, et generaliter ubicumque agitur de commodo et honore filiorum, aut nepotum, non veniunt filii, vel nepotes naturales tantum, videas Bart. in l. *tutelas*, ff. de capit. diminut. et in l. *pronuntiatio*, ff. de verborum significat. et in l. 1. et 2. ff. de accusatio. Joan. Andr. in addition. ad Speculat. tit. *qui filii sunt legitimi*. l. fin. tit. 13. 4. *Partit.* et adde quæ dixi in l. 4. tit. 15. in gloss. super verbo *en todas las honrras*, 4. *Partit.*

Sed pone, quòd consanguineus intra quartum gradum cognovit consanguineum, et postea impetravit dispensationem à Papa, ut possint contrahere, et cum tali dispensatione contraxerunt; et post contractum matrimonium nascitur filius ante dispensationem conceptus, an succedat in majoria ut primogenitus, ceteris exclusis, ex quo natus est tempore habili? Casus videtur, quòd sic in l. 2. §. 1. ff. ad Tertul. contrarium tamen videtur velle Bald. in l. *Paulus*, in prima lectura, ff. de statu homin. ubi dicit, quòd licet Papa dispenset in matrimonio, tamen filii ante dispensationem concepti, tanquam sparii non succedunt, allegat Guilielm. et Cinum ibi, et in l. *et si contra*, C. de nupt. et quod notat Archid. in cap. *Osius*, 56. dist. et quòd fictio non trahit se retrò ad tempus de jure prohibitum: sed intelligerem dicta Bald. et aliorum in conceptis et natis ante dispensationem, non in conceptis antea, natis tamen post; et facit §. *à contrario*, Institut. de ingenis.

Et quid si tenor majoriae exigit, quòd sint nati et geniti ex legitimo matrimonio, vide quæ dixi in l. 1. tit. 13. 4. *Partit.* Sed erit pulchrum dubium, quid si aliqui consanguinei de facto contraxerunt matrimonium, postea tamen impetraverunt dispensationem à Papa, ut moris est, directam Episcopo, ut ipse dispensaret cum eis; qui Episcopus malitiosè adhibuit moram in dispensando, et interim filius eis natus est, qui fuerat legitimus, si Episcopus tempore opportuno dispensasset, an talis filius succedat in majoria? Videtur quòd succedat, argumento textus in l. *intestato*, §. 1. ff. de suis et legit. hered. et l. *Herennius*, ff. de statu homin. et l. 3. tit. 23. *Partit.* 4. et quia damaum aliàs est irrevocabile ab Episcopo, qui fuit in mora; et reputari debeat legitimus, ex quo incontinenti debebat esse legitimus, facit l. penult. ff. de testamen. milit. cogita tamen.

Quid autem de legitimo per rescriptum, an succedat in majoria, et excludat substitutum? Tetigi in l. 4. tit. 15. 4. *Partit.* in gloss. super parte *han las honrras*; vide quæ ibi dixi.

Et quando in dispositione majoriae vocaretur legitimus filius absque eo, quòd addatur legitime natus, vel de legitimo matrimonio natus, plane procederet, quòd talis legitimatus admitteretur, concurrentibus quæ ibi dixi, et etiam his quæ tradit Bald. in l. *eam quam*, C. de fideicommiss. column. 10. Si verò in majoria esset vocatio specificè facta de legitime nato, vel de legitimo matrimonio nato, tunc legitimatus per rescriptum Principis non admitteretur, neque excluderet substitutum, quia talia verba referri debent ad nativitatem veram, non ad fictam per rescriptum Principis, ita notanter sentit Angel. in disputatione sua incipienti *nobilis*, parum ante fin., quem sequitur Anton. in cap. *per venerabilem*, qui filii sint legitimi. column. 19. vers. *sed quid si dixerit*, ubi vult hoc procedere, quando vocavit testator, vel alius disponens legitime natos, et idem et à fortiori si dixerat, sine filiis legitimis et legitime natis, debet enim talis conditio impleri in forma specifica, l. *qui heredi*, et l. *Mavius*, cum aliis, ff. de condition. et demonstrat. videtur etiam de mente Bald. in dict. §. *naturales*, col. 2. talia verba respiciant generationis principium, et non est nostrum extendere scripturas, l. *contractus*, C. de fide instrum. et licet Princeps prolem legitimet, matrimonium tamen legitimare non potest; et licet tollatur poena coitus, non tollitur deformitas culpæ, ut latius adducit ibi Baldus. Præterea quando in aliqua dispositione fit mentio de filio qualificato, non porrigitur dispositio ad alium, cui non inest illa qualitas, l. fin. C. de natur. liber. Bald. in l. *Gellius*, §. *instituens*, ff. de liber. et posthum. et quando verba dispositiva in quacumque dispositione prolata trahi possunt

ad civilem et ad naturalem sensum, ad naturalem referenda sunt, l. *ex ea parte*, §. *insulam*, ff. *de verbor. obligation.* l. *fin.* C. *de his qui veniam a tal. impetras.* cap. *susceptum*, *de rescript.* lib. 6. et cum istud sit proprium significatum verborum, ad illud tantum debet referri, l. 3. §. *hæc verba*, ff. *de negot. gest.* l. 1. §. *si is qui navem*, ff. *de exercitor.* Item omnis legitimatio est præpostera, quæ facit quem legitimum ex post facto, sed legitima natio est ordinata processio secundum viam naturæ, nam præcedit matrimonium, ut causa, deinde nascuntur legitimi; ordo enim naturæ est, ut causa præcedat effectum suum, l. *moritius*, §. 1. ff. *de vulgari et pupil.* verba ista sunt Bald. in cap. *innotuit*, *de elect.* col. penult. vers. *et nota*, quod omnis: hujus etiam sententiæ videtur fuisse Bald. in dict. l. *Gallus*, §. *si ejus*, ff. *de liberis et posthum.* ubi concludit, quod licet legitimatus possit dici legitimus, non tamen dicitur legitime descendens, seu legitime natus: idem vult in additione, ad Specul. tit. *de successione ab intest.* et in l. *manumissiones*, ff. *de justit. et jure*, et in l. *generaliter*, §. *cum autem*, C. *de instit. et substitut.* et certè in legitimatione facta per rescriptum, planè procedunt suprâ dicta: si verò legitimatio esset facta per subsequens matrimonium, crederem illum verum esse legitimum, et succedere posse in majoria vocante legitime natum, seu ex legitimo matrimonio procreatum, ut dixi in l. 1. lit. 13. 4. *Partit.* ubi ponderavi illam legem, cum dicit, *son legitimus*, et dixi etiam in alia glossa super *verbo se casa con ella*, licet Bald. in consilio incipienti, *quidam tres hæredes*, quod est secundum antiquam impressionem in 4. part. consilior. n. 492. et secundum novam formam in 5. part. consil. 367. voluit, quod, quando substitutio facta fuit decedenti sine filiis de legitimo matrimonio procreandis, quod legitimatus etiam per subsequens matrimonium non excludat substitutum: ejus dictum in hoc, ut ibi dixi, mihi non placet, et contrariam, ut ibi retuli, consuluit Decius consil. 135. ubi respondet ad ea, quæ adducit Bald. et quæ in contrarium aliàs adducuntur; vide ibi per eum, ex ejus dictis, et juxta id quod ipse limitare, et restringere vult dictum Bald. perpendens istud procedere, quando essemus in dubio, an testator vel disponens hunc talem per subsequens matrimonium legitimatum voluit excludere, vel includere; quia cum non simus certi de ejus intentione, regulemus verba juxta dispositionem juris: si tamen ex ejus verbis manifestè deprehenderetur, nolle talem legitimatum includi sub ejus vocatione, tunc standum esset voluntati testatoris, seu talis disponentis.

Advertendum etiam est, quod licet primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium præferatur secundo genito post matrimonium legitime nato, ut tradit Felin. in cap. *prudenciam*, column. 3. *de offic. delegat.* et concludit post multa Joan. Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quest. 14. column. 7. vers. *prima conclusio*, legitimatus tamen per rescriptum Principis non præferretur tali secundo genito; imò talis secundo genitus succederet in majoria, et non primogenitus legitimatus per rescriptum etiam ante matrimonium, ex quo natus est, secundus legitime natus, per textum in authent. *quib. mod. natur. efficiant. sui*, §. *et quoniam*, et appertius in l. 12. in *Ordin. Tauri*, et tradit dictus Joan. Cirier. in dict. suo tractat. lib. 1. quest. 13. ubi latè videbis per eum.

Quid autem si habens filium spurium, quem errans in jure putabat esse legitimum, fecit in eum majoriam, an tenebit majoria? Bald. in l. *si arbitrer*, C. *de sentent. movet* in simili questione dicens, quod non tenebit institutio spurii, quem testator errans in jure putabat esse legitimum: sed non videtur ex illa doctrina decidi posse questionem prædictam, eo quia spurius tanquam incapax non potest etiam à sciente hæres institui, et neque ab errante, majoria tamen à sciente bene potest constitui à Princip. cum facultate regia in spurium, deficientibus filiis legitimis, si specialiter in hoc facultas regia dispensaret, ut dixi in l. 32. tit. 9. 6. *Partit.* l. 10. et quæ ibi dixi tit. 16. ead. *Partit.* 6. unde pulchrum dubium esset, si habens talem facultatem faceret majoriam in filium spurium, quem crederet legitimum, an tenebit constitutio majoriæ ex defectu voluntatis disponentis? Et in dubio, cum habeat talem facultatem, videtur fa-

cere majoriam ex ea facultate, qua melius potest, ut in cap. *nisi essent*, et ibi notat Abb. *de præbend.* et quia præsumitur, quod idem fecisset, si sciret ejus illegitimitatem, et ex quo impetravit talem facultatem, et cum erratur in qualitate, quæ non inducit causam finalem, talis error non vitiat, ut notat Bart. in l. *demonstratio*, ff. *de condition. et demonstrat.* Joan. de Imol. in l. *quotiens*, in princ. column. 2. super gloss. ff. *de hæred. instit.*

Quid autem si cessante tali facultate, fecit quis majoriam in filium spurium, qui tamen postea legitimatus est, an tenebit constitutio majoriæ? Videtur quod non, per textum in l. *si minor*, ff. *de legat.* 1. et quæ singulariter notat Bald. in l. *eam quam*, column. 11. C. *de fideicom.* ubi etiam fortius voluit Bald. quod licet pater leget spurio, cum capere poterit, non valet relictum; quod dictum dicit esse pulchrum et singulare Paul. de Castr. in l. 1. ff. *de regula Cætoniana*: satis videtur, quod ex legitimatione supervenienti confirmetur donatio, patre semper existente in eadem voluntate, ex his quæ notat Bart. in l. 1. ff. *de regula Cætoniana*, col. penult. vers. *venio ad quartum*, Bald. et Paul. et Jason. in l. *servis*, C. *de legat.* et ex l. 10. tit. 13. 6. *Part.*

Quæro etiam, tu habes legem Tauri quadragesimam primam disponentem, quod majoria probetur ex consuetudine immemorabili, eo modo quo ibi cavetur. Modò pone, quod frater major, qui per tempora possedit bona majoriæ, semper providebat fratri minori de necessariis certo modo in domo sua, vel alibi: an et hoc similiter teneantur facere semper alii successores pro tempore succedentes, dato quod talis frater minor haberet etiam bona, ex quibus alii possit? Est pulchrum dubium, et fortè videtur dicendum, quod sic, quia debet intelligi et limitari præscriptio ad limites usus, notat Bart. in l. 2. §. *si quis hoc interdicto*, ff. *de itiner. actuque privat.* et quia tantum et eo modo videtur præscriptum, quod possessum, et ad limites usus videtur contracta societas, ut ibi per Bart. et in l. *Titium*, §. *altero*, ff. *de administration. tutor.* præscriptio namque consistit in actibus limitatis, et non ingreditur formam illorum actuum, Bald. in l. *non dubium*, column. 3. vers. *tu posses*, C. *de legib.* allegans ad hoc Innoc. in cap. *dilectus*, *de offic. Archid.* et dicebat Innoc. in cap. *dilectus*, *de capellis monachorum*, quod in præscriptione non habet locum extensio de una persona ad aliam.

Unde si solum masculi, et masculi descendentes ex masculis possederunt aliqua bona jure majoriæ, et sic ex præscriptione quæsierunt sibi jus, videtur tantum masculis præscripsisse, et non prodest præscriptio feminis; tota enim vis præscriptionis est in ipso usu, qui in facto consistit, et ideo ultra factam non porrigitur, ut tradit Decius, consil. 85. in 2. dubio.

Sed pone, quod defunctus, qui possedit majoriam, acquisivit à Principe in territorio majoriæ jurisdictionem de novo, quia antea territorium illud eam non habebat, an filius major, vel alius successor in majoria habeat talem jurisdictionem titulo majoriæ? et videbatur quod sic, quia jurisdictioni non stat per se, sed ipsi territorio coheret; contrarium tamen determinat Bald. in §. *de contrario*, *de invest. de re alien. fact.* quia ista sunt separata; et possunt stare de per se; mœnia scilicet castri, et territorium apud unum, et jurisdictio apud alium; allegat Innoc. in cap. *dilecto*, *de appellat.*

Si tamen possessor majoriæ acquireret servitutem prædio majoriæ, accresceret majoriæ, quia ei inest, secundum Bald. ibidem.

Sed quid si per viam præscriptionis aliquid acquisivit, credens rem, quam præscriberebat, esse majoriæ, an accrescat sic rescriptum majoriæ? Bald. dicit quod sic, in §. *fin. de controver. invest.* vers. *sed juxta hoc quæro*, et vers. sequent. *sed pone, quod vassallus*, quia præscriptio est accessoria præcedentis tituli, l. *si alienum*, et l. *qui alienum*, ff. *de donat. caus. mort.* et ideo quo titulo reddidit, reddit et præscriptio; obstat tamen videtur huic dicto textus notabilis cum glossa ibi in l. *et non tantum*, §. 1. ff. *de petit. hæred.* quem declarat Paul. sub §. *fin. l. præcedentis*, ubi habetur, quod hæres periculis præscriptionem inchoatam à defuncto, sibi acquirit rei vindicationem, et non hæreditati, et sic pro tali re non competet petitio hæredi-

pues de la muerte de su padre (11). E esto vsaron siempre (12) en todas las tierras del

mundo, do quier que el Señorío ouieron por linaje, e mayormente en España (13). E por

tatis: sed potest dici, quòd illud sit respectu denegandæ petitionis hæreditatis, eo quòd supervenit fortior actio, non tamen negatur, quin habere videatur rem præscriptam à defuncto, per dict. l. qui alienam, et sic cum iudicio defuncti perceperit, veniet in fideicommissio, l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. l. cohæredi, §. cum filia; ff. de vulgar. et pupil.

Sed an talis filius maior necdum succedet in regno, sed etiam in aliis iuribus, et rebus corporalibus consistentibus intra regnum, quæ res prædecessor possidebat? Vide ad hoc glossam notabilem, et ibi Bald. de capitaneis qui cur. vend. et quod notat idem Bald. in cap. 1. in fin. princip. de controuer. incest. et distinguendum videtur in huius questionis decisione, inter bona, quæ Rex prædecessor sibi particulariter acquisivit, et inter bona, quæ pertinent regno, ut habetur in l. 1. tit. 17. infra ead. Partit.

Nota tamen, quòd si Marchioni, vel Duci nova castra concedantur, non ex hoc erant de marchionatu, vel ducatu, neque erit totam majoria, licet per dominium totum appelletur Marchia, nam per hoc non videntur unita; secus tamen si auerentur per eum, qui posset facultate regali, vel per modum meliorationis, juxta legem regni, in tertio honorum, vel alias habenti liberam dispositionem; hoc vult Bald. in §. præterea ducatus, de prohib. feudi alienat. per Freder. et in §. penult. de invest. de re aliena facta, et vide quòd notat Bart. in l. si ita, ad fin. ff. de auro et argent. legat.

Et nota, quòd successor in regno, vel majoria, non poterit revocare officia, alias perpetua, veluti decurionatum, vel tabellionatum, seu similia officia perpetua à prædecessore collata, ut notat Bald. in cap. unic. qui success. feud. dare teneant. vers. nota, quòd successor; non tamen poterunt domini majoricatum concedere castellanias perpetuas, vel annuos redditus, vel similia in præjudicium successorum, secundum Bald. in §. amplius consueverat, de pace Const. et vide Andr. de Isern. de prohib. feudi alienat. per Fred. in vers. neque dominus feudi, column. fin. vers. sed an Princeps.

Tene etiam menti in ista materia l. 20. tit. 5. lib. 4. Ordin. Regal. qua cavetur, quòd primogeniti eorum, qui tenuerunt terram et soldatam à Rege, provideantur, patribus defunctis, de soldata eorum facit l. 1. et 2. C. de filiis official. militan. qui in bello moriunt. lib. 12. et non erit necesse tali filio primogenito, quòd sit hæres patris, quia in dignitatibus et officiis magis attenditur filiatio, quàm hæreditas, Bald. in l. cum antiquioribus, column. 5. C. de jure deliberandi.

Sed an teneatur frater major in majoria succedens, fratres, vel sorores dotare et alimentare? Dicendum est, quòd sic; non enim alij filii debent mendicare, sed est eis assignandum tantum per primogenitum, unde possint congruè sustentari; ita tamen, quòd tantum remaneat primogenito, unde possit honorificè regere principatum, secundum Hostien. Joan. Ande. et Abh. in cap. licet, de voto: et idem in cæteris majoriis, quæ deferuntur jure primogenituræ, secundum Joan. Ande. in regul. sine culpa, de regul. jur. lib. 6. in mercuialibus, nam juxta facultatem hæreditatis debet subvenire fratribus: vide notata per Andr. de Isern. in constitutionibus Regni Neapolitani, fol. 171. column. 3. Socin. consil. 47. vol. 3. vers. primo argumento, et vide quæ dixi in l. 6. tit. 11. C. Partit.

Sed an Rex possit dividere regnum inter filios, vide quæ tradit Oldrald. consil. 231. et Bald. qui refert Oldrald. in §. item sacramenta, column. 3. ad fin. et princ. 4. column. de pace juramento firmand. et crederem, quidquid ibi dicitur, quòd in regno, quòd ex antiqua consuetudine et primæva institutione defertur soli primogenito, non possit scindi inter filios; quòd satis probatur in ista lege, et quia ut tradit Carolus Molineus in commento consuetudinum Parisiensium, fol. 125. column. 3. dictum consilium Oldrald. et etiam consilium 94. debent intelligi de regnis, quæ percipiuntur seu deferuntur jure hæreditario; et secus est

dicendum, quando deferuntur jure sanguinis, ut poteris latius ibi videre per eum.

(11) De su padre. Facit ad illud, quòd notat Archid. in §. item obijctur, 2. quæst. 7. quòd licet Rex possit in vita filium suum regem facere, non tamen potest ei administrationem concedere; arguit tamen ipse contra de cap. Moyses, 8. quæst. 1. vide ibi per eum, et tradit in dict. §. item obijctur, illud de David, qui licet his unctus in Regem à Samuele, non tamen vivente Rege Saule administravit.

(12) E esto vsaron siempre. Vide quæ dixi supra, ead. Partit. tit. 7. l. 9. Et nota ex hac lege, quòd valet consuetudo, quòd primogenitus succedat, et adde Bald. in §. mulier, si de feudo fuer. contro. inter domin. et agnat.

(13) En España. Et insuper inolevit mos in Hispania, quòd Rex in vita sua facit filium suum primogenitum jurari in Regem futuram; et sic, quòd jurant, quòd eum habebant in Regem post obitum patris, quæ etiam fuit consuetudo antiquorum Regum, ut tradit notabiliter Abulens. quem videas 2. lib. Paralipomenon, cap. 11. in fin. et ibi videbis etiam latè et pulchrè, qualiter hoc jus regnandi et principandi competat primogenito, et quomodo fuit inducendum, in quæst. 27. et 28. et tene menti istam legem fundantem se in ista consuetudine, ad ea, quæ dixi supra ista l. in glos. 1.

Et facit, quòd si mater habens facultatem ad majoriam committat patri, quòd ipse faciat, quòd non dicatur voluntas captatoria; sed intelligatur, quòd faciat in filium majorem masculum, prout moris est.

Ex quo similiter potest decidi alia quæstio, si videlicet mater committat patri, et filio majori talem potestatem, an fieri possit per eos majoria in ipsum filium majorem? et videbatur quòd non, quia filius non potest se ipsum eligere, cap. in scripturis, 8. quæst. 1. cap. per nostras, de jure patron. facit quòd notat Bald. in l. ordo, column. 2. vers. quarto, data est potestas creditori, ut possit vendere, cui velit, C. de executione rei judic. textus, et ibi Bald. in l. et qui sub imagine, C. de distraction. pignor. sed contrarium credo attenda dicta generali consuetudine, et mente maris, et quia pater est, qui eum eligit, et ipse potest assentire, juxta notata per Doct. signanter Joan. de Imol. in cap. cum in jure, de election. quidquid in contrarium voluerit glossa 1. ibi.

Sed pone, quòd mater fecit majoriam in filium, quem pater elegerit, pater tamen nullum elegit; an videatur facta in filium majorem? Et videtur, quòd sic ex prædictis, cum ista sit consuetudo Hispaniæ, quæ semper in successione majoriæ honorat primogenitum, ut ipse solus succedat, ut etiam in simili tradit Andr. de Iser. in cap. 1. §. is de quo, de gradib. success. in feud. et tali consuetudini semper est inherendum, argum. l. si servus plurium, §. in fin. ff. de legat. 1. l. fideicommissa, §. si serco, et ibi Bald. ff. de legat. 3. ubi Bald. notat, quòd illud præsumitur quis velle, quòd est consuetum; neque obstat l. cum quidam ille fideicommissum, ff. de legat. 2. imò potius facit pro ista parte, cum ex natura rei ad unum tantum, et non ad plures debent venire bona majoriæ, et si ibi in defectum non eligentis, lex vult, quòd omnes habeant, sic et in præsentis quæstione dicendum est ex mente legis et consuetudinis, quòd unus tantum, et ille qui major est natus, habeat majoriam, facit cap. licet, de voto, et l. cum pater, §. pater pluribus, ibi, majori filia, ff. de legat. 2. Bald. in l. cum antiquioribus, C. de jure deliberand. in 10. argum. pro parte secundo geniti facit etiam l. in successione, C. de Decurion. lib. 10. secundum intellectum Odofr. si tamen pater, cui talis fuit data facultas, eligeret alium filium, et non majorem, teneret electio, et major excluderetur, facit cap. 1. §. et quia vidimus, ibi, in quem dominus velle, de his qui feud. dare poss. et quòd ibi Bald. notat circa finem vers. extra quarto, et sequitur ibi Præpositus, et quia alias nihil operaretur facultas ad eligendum, si major de necessitate esset eligendus, facit l. 2. ff. de option. legat. et l. 1. in princip. et per totam, ff. de assign. libert. Cogita tamen, an possit hoc limitari et

escusar muchos males, que acaescieron (14), e podrian aun ser fechos, pusieron, que el Señorío del Reyno heredassen siempre aquellos que viniessen por la línea derecha. E porende establescieron, que si fijo varon (15) y non

ouiesse, la fija mayor (16) heredasse el Reyno. E aun mandaron, que si el fijo mayor muriesse ante que heredasse, si dexasse fijo, o fija (17), que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e non otro

intelligi, quando pater ex iusta causa moueretur ad eligendum potius filium secundum, vel ulteriorem, quam primogenitum: quod secus videretur, si ex odio injusto contra primogenitum moueretur, nam ut bono viro, non maleuolus, mater videtur talem facultatem marito dedisse; et confert ad hoc, quod notat Paulus de Cast. consil. 179. in causa quam magnificus dominus, column. 3. 1. volum. et confert satis ad predicta quod notabiliter decidit Guid. Pap. in quest. *Delphinatus*, quæst. 505. incipit, *factum est pactum*, ubi dicit, quod si in contractu matrimoniali factum sit pactum, quod pater dabit tale castrum filio primogenito, seu alteri ex ipso matrimonio nascituro, si maluerit pater, et postea plures filii nascantur, et pater decedat nullo alio declarato, quod primogenitus habeat in solidum dictum castrum, et non admittentur cum eo alii filii: et ibi respondet ad dict. l. *cum quidam*, et ab l. *cum pater*, §. *penult. ff. de legat. 2.* ex quo inferit, quod si promisit facere majoriam in primogenitum, vel alium quem maluerit, de talibus bonis, quod nulla alia declaratione suæ voluntatis per eum facta, majoria veniet in primogenitum: videas ibi per eum, qui adducit bona fundamenta.

(14) *Acaescieron*. Vide de his latè in dict. tractatu *juris primogenituræ*, lib. 2. quæst. 14. ubi plura in hoc adducuntur, cur expedientius sit Regem assumere per successionem, quam per electionem.

(15) *Fijo varon*. Nam si hic esset, licet natiuitate posterior, excluderet filiam primogenitam, ut hic habetur, et notat Bald. in l. *in multis*, in princ. ff. *de statu homin.* et vide Abb. in cap. *dilecti*, de arbitr. et facit ista lex, quod facultas data à Rege ad faciendum majoriam in unum ex filiis, vel filiabus, quod stante filio non poterit fieri in filiam, et faciunt quæ notat Bart. in l. *ut iurisjurandi*, col. 2. ff. *de oper. libert.* et in l. *heredes mei*, §. *cum ita*, ff. *ad Trebell.* et dixi in l. 1. tit. 13. 6. *Partit.*

(16) *La fija mayor*. Et sic inter filias est locus primogenituræ in regno; quid autem in aliis, vide in dict. tract. lib. 1. quæst. 20. et quare primogenita Regis Franciæ filia non succedit in regno, vide ibi quæst. 22. et potuit consuetudo disponere de successione talium dignitatum, et ista consuetudo tam de facto, quam de jure servatur, ut succedant filiæ in regno, ut tradit Bald. 2. volum. *consiliorum*, consil. 275. incipit, *quod pro regula*, n. 4. cap. *significauit*, de rescrip. cap. *licet de volo*: et semper intelligas, tam de filio, quam de filia, quod debent esse legitimi ex legitimo matrimonio, et vult ista lex, et l. *filium eum definimus*, ff. *de his qui sui, vel alieni juris sunt*.

Quid autem si per aliquam dispositionem fiat majoria simpliciter, et iubeatur, quod veniat in filium majorem, et in defectum filii, in filiam; si venit majoria in filiam, quæ habet filium naturalem, talem qui sibi succedere potest, an succedet etiam in majoria? Et videtur textus, quod sic, cum glossa ibi in l. *patronæ*, ff. *de bonis libertorum*. Quod tamen non procedet in personis constitutis in dignitate, juxta l. *ex facto*, §. *si quis rogatus*, ff. *ad Trebellian.* vide quæ dixi suprâ.

(17) *Si dexasse fijo o fija*. Et sic ista lex tollit illam dubitatissimam questionem veterem, quam propter ejus dubietatem Otho Imperator casu gladiatorio dirimendam esse iudicavit, quod et actum est, et nepos filius primogeniti victoriam reportavit, ut refert Jason. in l. *maximum vitium*, C. *de liberis præter*, column. 2. et in l. *is potest*, ff. *de acquirend. hereditat.* column. 5. et in omnibus majoriis etiam extra successionem regni ita decisum est in *Ordin. Tauri*, l. 40. et per istam legem Partitaram ita decidit Paul. de Castr. in causa quadam eujusdam majoriæ Hispaniensis, ut patet ejus consil. 164. 1. volum. incipienti, in *presenti causa*, quæ vocatur *majoria Hispaniensis*: ex ista lege filius, vel filia primogenitæ præmortuæ præferretur

avuncula suæ secundogenitæ, tenet Bald. 2. volum. *consiliorum*, consil. 275. incipiente, *quod pro regula*, n. 5. ubi retulit notata per eum in l. *cum antiquioribus*, C. *de jure deliberand.* et dixit, quod persuaderi potest, quod jura primogenituræ solvantur morte, cum primogenitura non possit esse extincto proprio subjecto, argum. l. *qui libertinus*, §. *si posthumus*, ff. *de oper. libert.* et l. *si libertus*, ff. *de bonis libertor.* et ibi refert, quod in regno Angliæ contrarium servatur, scilicet quod filia primogenitæ præferatur, et in quibusdam aliis provinciis, et ut vides, hoc ita servatur in Hispania. Et procedet, quod in ista lege habetur, non solum quando filius major fuit mortuus; imò etiam si vivat, habeatur tamen pro mortuo, ut quia commisit delictum, ita quod non potest succedere; nam et tunc potius suo filio nepoti possessoris majoriæ debetur majoria, quam patruo, per textum in l. *etiam*, §. *si deportatus*, ff. *de bonis libertor.* si tamen filius major esset apud hostes, tunc propter spem postliminii eo vivo non deferretur nepoti, textus ibidem.

Sed pone, quod pater fecit majoriam in filium majorem et ejus descendentes masculos, et in eorum defectum in filium secundum et in ejus descendentes, non repetens de masculis; contingit, quod filius major habet filiam, secundus etiam habet filiam; deinde moritur secundus filius, et postea primus; filia secundi petit majoriam, dicens non fuisse quoad eam repetitum de masculis, et quod filia primi debet excludi, quia vocando masculos feminam videtur exclusisse; filia verò primi filii dicit, non esse verisimile, quod voluit præferre filiam secundi filii, filiæ primi, quæritur quid juris? Et pro filia primi facit ista lex Partitarum, cum dicit, *o fija*, et quæ notat Bald. in l. *Gallus*, §. *etiam si parente*, ff. *de liber. et posthum.*

Et quod qui succedit in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum, est optimus textus in cap. *quaritur*, §. *item opponitur*, 22. quæst. 2. facit ista lex ad dictum Bald. in proemio *Decretal. Rex pacificus*, column. 2. vers. *Rex potest determinare in vita sua*, et potest induci ad multa.

Et etiam ex ista lege potest sumi argumentum ad questionem, an habens facultatem regiam ad faciendam majoriam in filium, possit eam facere in nepotem? Nam videtur, quod sic, si deficiat filius, ut fieri possit in nepotem, argumento hujus legis, pro quo etiam facit quod notat Bald. in §. *similiter*, quib. *mod. feud. amittat.* in fin. in contrarium tamen videtur textus in l. *Gallus*, per totam leg. ff. *de liber. et posthum.* prout declarat Bart. in l. *liberorum*, column. 2. ff. *de verbor. significat.* quem etiam vide column. 3. Si verò tempore impetratæ facultatis, starent filius et nepos, non poterit majoria fieri in nepotem, nam in dependentibus ex gradu vel affectione, appellatione filii non venit nepos, l. *jubemus*, C. *ad Trebellian.* l. *Gallus*, §. *instituens*, ff. *de liber. et posthum.* ubi Bart. facit l. *alimenta*, §. *basilicæ*, ff. *de aliment. et cibor. legat.* l. *quæsitum*, et ibi Bart. in 2. quæst. ff. *de fund. instructo*, et per Joan. Andr. in additione ad Speculat. tit. *de successione ab intest.* in additione magna, ad fin. Cyn. in l. 1. C. *de adulter.* et istud nomen filius designat primum gradum, nepos secundum, l. *libertum*, ff. *de excusation. tutor.* nam limitata facultate limitatum debet producere effectum, l. *in agris*, ff. *de acquirent. rerum domin.* cum similib. Unde si princeps dat facultatem faciendi majoriam in Petrum filium, non poterit illo mortuo fieri in alium, videtur de hoc casus in l. *si quis ita*, in princ. et ibi Glossa, et Bart. ff. *de testam. tutel.*

Ex prædictis etiam videtur, quod habens facultatem Regis faciendi majoriam in unum ex filiis, quem vellet, non poterit pater facere duas majorias in duos filios, l. *qui solvendo*, la 1. ff. *de heredibus instituend.* et si fecerit duas, valebit prima, l. *qui solvendo non erat*, la 2. ff. *de heredi-*

ninguno. Pero si todos estos falleciessen, deve

bis instituendis, quam commendavit Bald. in l. 1. C. de edict. Dicit Adrian. tollend. glossa notabilis in l. qui solvendo, la 1. ff. de hæredibus instituendis. In contrarium tamen imò quòd ex dicta facultate possit facere duas majorias in duos filios, facit optinè textus in l. 1. in princ. et §. quamvis, ff. de assign. libert. et quæ notantur in l. unum ex familia, ff. de legat. 2. et istud forte verius: et facit etiam dict. l. 1. juncto, §. quamvis, quòd possit quis facere duas majorias in unum filium pro duobus filiis; an autem vigore talis facultatis possit facere unam majoriam in filium et aliam in nepotem ex eo? Et videtur quòd sic, quia cum totum exceptis alimentis poterat dari patri, sic et dividi inter patrem, et nepotem, argumento textus valdè notabilis in l. 2. cum princip. l. sequentis, ff. de assign. libert. Cogita tamen, et vide quæ plenius dixi in l. 32. tit. 9. 6. Partit.

(18) *El mas propinco pariente*. Etiam si esset in millesimo gradu, ut dicit Bald. in cap. unic. colum. fin. de feudo marchia; et si nemo sit, magnates regni eligent Regem, et Papa confirmabit, secundum Bald. in cap. cum in magistrum, de election.

Et secundum hoc in regno semper intelligitur majoria perpetua, et idem videtur in ducatu, marchia, vel comitatu, quæ regulari debent ad instar regni, cap. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frederic. cap. cum non liceat, de præscription. tradit Paulus de Castr. consil. 164. incipit in causa majorie Hæspalensis; in aliis verò majoriis, ubi cessat similis ratio, sæpe deficient, si vocati ones deficient, et bona erunt libera, secundum quòd tradit Okrald. consil. 21. Joann. Ande. in addition. ad Speculat. tit. de testam. §. in primis, in fin. Paul. de Castr. in l. ex facto, §. penult. in fin. ff. ad Trebellian. ubi plenè tradit, quòd substitutio facta alicui, si decesserit sine liberis, expirat illo decedente cum filio vel cum filiis, et dato quòd tales filii decedant sine filiis, non erit locus amplius fideicommissio, l. cum uxori, C. quando dies legat. cedit. l. si quis hæredem C. de institut. et substitut. l. pater Severianum, §. in fideicommissio, ff. de condition. et demons. et tradit latè Decius consil. 63. in causa istorum nobilium de Musatis, et consil. 95. in 2. dubio, Alexand. consil. 43. volum. 3. Socin. consil. 250. 2. volum. et consil. 63. 3. volum. quod tamen procederet, nisi de mente disponentis contrarium apparet, ut latè et singulariter comprobat Francisc. de Curt. senior, consil. 51. et Francisc. de Curt. junior, consil. 121. ubi allegat casum famosum et notabilem in l. unum ex familia, §. fin. ff. de legat. 2. ibi: "et idem Princeps providentissimus, et vir religiosissimus, cum fideicommissi verba cessare animadverteret, cum sermonem pro fideicommissio rescripsit accipendum;" inducitur enim fideicommissum ex conjecturata mente defuncti, l. cum proponebantur, cum similib. ff. de legat. 2. et adde Alexand. consil. 64. incipit, difficultas dubitationis, 5. volum. colum. fin. ubi refert illud consilium Petri de Anchar. quando testator fecit plures gradus substitutionum.

Unde bene oritur hic questio, an si pater instituat filium, et disponat, quòd si ipse et ejus descendentes decesserint sine filiis, bona veniant in filium secundum, an ex hoc judicantur bona majorie, et subjecta fideicommissio? De qua questione vide per Bart. in l. sed et si sic, ff. de legat. 3. et in l. codicillis, ff. de usufruct. legat. in princ. vers. item hæc lex videtur facere, et in l. Centurio, colum. 12. vers. quæro ulterius, quid si testator, ff. de vulgar. et pupillar. cujus resolutio est, quòd ex quo filii filiorum sunt gravati, videantur et vocati et honorati, et sic tenet fideicommissum; et secundum istam opinionem Bart. consuluit Alexand. consil. 64. 5. volum. incipienti: difficultas dubitationis præmissæ, licèt non simpliciter ex hoc, sed etiam ex aliis ibi consuluit, ibique refert Raphaelem dicentem, quòd hæc opinio est communis; et secundum dictam opinionem consuluit etiam Paul. de Cast. consil. 5. 1. volum. secundum novam impressionem; incipit, quidquid dicitur: et ista etiam opinio placet Paul. de Cast. in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat. 1. licèt ibi dicat Doctores communi-

heredar el Reyno el mas propinco pariente (18)

ter tenere contrarium, et etiam Decius consil. 270. *Domini Reynal*. colum. 1. dicit contra Bart. esse communem opinionem, et idem dicit consil. 421. et etiam Alexand. consil. 105. 1. volum. ubi latè per eum, et consil. 184. v. et licèt Bart. 2. volum. et 3. volum. consil. 24. de cujus dicti veritate, et ad ejus intellectum, et qualiter possit procedere, vide plenè per Francisc. de Curt. seniore in dict. consil. 51. colum. 9. et 10. ubi adducit quam plures, qui tenuerunt opinionem Bart. et cum sit æqua opinio, quòd sit tenenda in judicando, vide ibi latè per eum: et magis indubiè procederet, si aliquid aliud concurreret, quòd voluntatem disponentis in hoc ostendat; vide et ibi per eum. Unde si aliquis faceret majoriam in filium et ejus descendentes, et asserat se velle esse perpetuam, et adiciat, quòd si decesserint filius et descendentes sine filiis, quòd bona majorie perveniant in Titium fratrem suum, licèt non repetat titulo majorie in perpetuam, videtur, quòd ita debeat intelligi de mente disponentis, et facit textus notabilis in l. 3. ff. de fundo instruct. et quòd notat Joan. de Plat. in l. si quando, la 1. C. de bon. vacant. lib. 10. vel si dicat, quòd vult, quòd bona semper maneat in familia; vide Gloss. in l. filiusfamilias, §. Dicit, in verbo non possit, ff. de legat. 1. quando verò talia verba, vel similia non essent. Si quis faceret majoriam in filium majorem, et in ipsius defectum in alium filium, et sic in alios filios et eorum descendentes, si contingat quòd omnes moriantur, expirabit majoria; neque succedet frater constituentis majoricatum, vide textum et ibi Bald. in §. his verò, de succession. frat. et quòd notat Bald. in §. hoc quoque, de succession. feud. colum. 1. vers. et nota pro intellectu: erunt ergò in ultimo bona libera, ut possit ea cui velit relinquere, l. qui solidum, §. prædictum, ff. de legat. 2. de natura tamen cujuslibet majorie, videtur quòd debeat esse perpetua, quando aliud non repugnet, per id quòd notat Bald. in dict. cap. 1. de feud. marchia, et in §. hoc quoque, in fin. de success. feud. l. 27. in Ordin. Tauri, Decius cons. 85. colum. 2.

Sed quis si aliquis in dispositione majorie vocavit filios et descendentes suos, et in eorum defectum proximioribus sibi consanguineum, et ex defectu descendentiū majoria venit ad collaterales constituentis, et tunc reperitur nepos unus fratris minoris, et alius pronepos fratris majoris; quis istorum præferetur? Videtur quòd nepos fratris minoris, quia proximior, per textum notabilem in l. si libertus præterito, ff. de bon. libert. in §. si libertus, et quia isto casu pronepos fratris majoris non representat personam patris, ex notatis per Bart. et Paul. in authen. post fratres, C. de legitim. hæred. neque obstat l. Tauri 40. quia illa procedit in descendentiibus à primo constituente.

Sed pone, quòd instrumento majorie cavetur, quòd deficientibus filiis, et cæteris descendentiibus, majoria deveniat in proximioribus de genere suo; an intelligatur de agnato, vel sufficiat, quòd sic cognatus, et sic de genere ex parte matris? Et videtur quòd requiratur, quòd sit conjunctus ex parte patris, et de genere patris, per textum et ibi Bart. in l. 1. ff. de jur. immunit. glossa notabilis in authen. de incest. nupt. §. 1. in verbo generi, coll. 2. et per Joan. de Plat. in l. penult. C. de bon. vacant. lib. 10. et quia verbum generatio, ab homine, vel à jure prolatum, debet intelligi de descendentiibus ex linea masculina, non feminina, vide in cap. ubiquecumque, de penis, lib. 6. et in cap. statutum, de hæref. eod. lib. et tradit Petrus de Anchar. consil. 359. nos Petrus de Ancharamus et Florianus, etc. et quia inspecta mente loquentis videtur habuisse respectum ad agnationem et ad personas, per quas conservatur agnatio, ut patet in Evangelio Matthi. Liber generationis Jesu Christi, etc. ubi non nominantur, nisi masculi descendentes ex masculis, ut tradit Paul. de Castr. consil. 300. 2. volum. incipit, visio quodam processu; in contrarium tamen videtur textus in l. 1. ff. de liberali caus. ubi habetur, quòd appellatione generis etiam cognati comprehenduntur: dicuntur enim cognati de genere, ut notat Bart. in authen. quib. mod. natur. efficit sui, §. ergo, collat. 7. Bald. in l. 1. C. de probat. qui allegat textum et glossam ibi, in authen. de mandul. Prin-

cap. §. oportet. Anton. in cap. novit, per illum textum, de judic. in 4. notab. Paul. de Castr. in l. 1. col. 1. C. de conditionib. insert. Joan. de Imol. in consil. 62. incipit, post exhibitum, ubi respondet ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt: et idem Philippus Decius alios etiam allegans, consil. 223. in casu proposito, colum. 2. et fortè istud est de jure verius, nisi ex aliis apparet de contraria voluntate disponentis, ut quia jussit portare arma de genere paterno, et vocaretur nomine talis generis paterni; cum enim ista non cadant nisi in illis, qui sunt de illo genere, non videntur alii vocati, nam quibus non applicantur verba, non debet applicari dispositio, l. si servum, §. non dixit, ff. de acquir. hered. Bald. in l. 1. vers. quartò oppon. C. si quis omis. caus. vel ex aliis constat, habuisse respectum ad agnationem: et per prædicta potest etiam decidi alia quæstio, ut habens privilegium faciendi majoriam in unum ex consanguineis, possit illam facere in consanguineum, quem voluerit; sive ex parte patris, sive matris; et quia ex communi usu loquendi inter Hispanos, omnes ex utroque parente vocantur consanguinei, seu de parentela.

Sed pone, quòd maritus et uxor fecerunt majoriam in uno instrumento, et instituerunt filium et ejus descendentes ordine successivo, in quorum defectum vocarunt consanguineum propinquiorem, dicendo videlicet, veniat in defectum eorum consanguineus noster propinquior; quomodo intelligitur ista verba? Et crederem, quòd cum sint duo testamenta propter duos testantes vel disponentes, licet in uno instrumento, per ea quæ tradit Alberic. post Oldr. in rubric. C. de legat. Bald. in cap. 1. §. et quia vidimus, colum. 3. de his qui feud. dar. poss. quòd unusquisque eorum videtur providisse suo consanguineo, argum. l. sed et si plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. et pupillar. bonus textus in cap. unic. de duob. fratrib. a capitano. invest. et cum non resultet aliquid absurdum, illa pluralitas resolvitur in plures singularitates, l. falsa, §. fin. ff. de condition. et demonstrat. l. si chorus, ff. de legat. 3. et notat Bald. in l. penult. colum. fin. C. de institut. et substitut. sub condition. fact. et quòd in simili notant Bart. et Paul. de Castr. in l. Lucius, §. Cajo, ff. ad Trebellian.

Sed pone relicto eodem themate, quòd maritus et uxor expressè voluerunt et disposuerunt, quòd esset una tantum majoria semper, ita quòd non potest verificari, quòd supra dictum est, ut succedant duo, unus in bonis viri, alter in bonis uxoris, imò unus tantum debet succedere; et tunc videtur, quòd præferatur proximior consanguineus cujusque ipsorum, l. cum ita legatur, §. in fideicommissio, ff. de legat. 2. propter unitatem sermonis; sed tunc quæritur, quid si concurrant consanguinei utriusque in pari gradu, unus mariti, alter verò uxoris? Et videtur, quòd præferatur tunc consanguineus ex parte viri, tamquam dignioris, per textum singularem in l. cum pater, §. penult. qui incipit, a te peto, ff. de legat. 2. ubi est casus, quòd ordo scripturæ circa consanguineos uxoris et affines, facit præferri affines consanguineis, ita quòd lex præsumit, voluisse uxorem præferre consanguineo mariti suis consanguineis, ex quo primò nominavit, et sic ordo præferatur affectioni; sed ita est quòd disponendo mulier, quòd veniat consanguinei mariti et uxoris, ex quo unus tantum debet venire, neque constat quis præferatur, quia uno verbo fuerunt nominati: unde ex quo ipse vir præferatur, quia caput mulieris, ut in cap. fin. 32 quæst. 6. Bald. in §. fin. de investit. de reb. alien. fact. et l. ad Corinth. cap. 11. v. 3. et per consequens præferri debeant consanguinei viri consanguineis uxoris; unde illud quòd in dict. §. a te peto, facit expressus ordo, debet operari ordo tacitus à jure subintellectus: sed fortè dicit aliquis, imò videtur, quòd dictus textus sit casus in contrarium, quia ibi ideo non statur affectioni, quia constat de ordine, et præsumitur voluntas ex ordine, ut ibi est de mente Doctorum, et signanter Paulus de Cast. sed in quæstione proposita constat de affectione, non verò de ordine: ergo stari debet affectioni, ex quo ordo illam non tollit. Tu tamen adverte pro responsione, quia hoc ultimum procederet, si sola uxor disposuerat et fecerat majoriam, vel bona omnia fuerant ipsius uxoris; sed in quæstione prædicta uterque disponit, et bona, de quibus disponunt, fuerunt tam viri, quam uxoris, et constat, quòd

voluerunt, quòd semper esset una majoria indivisibilis: et si in isto casu præferremus affectionem uxoris erga suos consanguineos, defraudaretur vir in affectione sua erga suos: unde cum concurrat paritas affectionis, et invicem affectiones se confundant, l. non solum, §. de uno, ff. de ritu nupt. et notet Gloss. in cap. postremo, de appellation. de necessitate sumus extra casum affectionis, et in consideratione taciti ordinis, et sic præferendus videtur consanguineus viri: et satis est, quòd non stantibus in pari gradu, præferatur proximior licet ex parte uxoris; data tamen paritate gradus, major consideratio est ex parte viri, ut præferatur ejus consanguineus, quia videtur in ordine saltem subintellecto prælatas.

Sed pone juxta istam legem, quòd Rex vel alius possessor majoria; quæ defertur jure sanguinis, seu consuetudinibus, vel alterius dispositionis, decedit relictis duobus consanguineis in aequali gradu; quis eorum debet præferri? Et quia hæc quæstio assimilatur multum illi quæstioni de partu gemino, quis dicatur primogenitus, de qua tradit latè Joan. Cirier. in tractatu juris primogeniturae, lib. 1. quæst. 6. 7. 8. 9. 10. et 11. ex ibi et etiam ex alibi dictis, videntur diversæ opinioniones in ista quæstione: nam aliquibus videbatur, quòd ambo admittendi essent, cujus opinionis fuit Bald. in l. ex duobus, in princ. ff. de vulgar. et pupill. et in authent. ex testamento, C. de collationib. col. fin. ubi dicit hoc non esse novum, nam et duo legantur simul administrasse imperium, ut notatur in cap. non autem, 7. quæst. 1. facit Gloss. in Clement. Romani, in verbo Reges, de jurejurand. de quo vide quæ dixi in l. 1. tit. 1. supra, ead. Partit. idem vult in l. ex hoc jure, colum. 2. ff. de just. et jur. et per l. Dñi fratres, ff. de jur. patron. et idem voluit in 1. Constitution. ff. veteris, in §. itaque, dicens, quòd duo erunt in eadem sede, et conjunctam jurisdictionem habebunt: hoc etiam tenent Angel. et Alexand. in dict. l. ex duobus, in princ. ubi Alexand. etiam dicit istam esse veritatem, quòd uterque admittatur, per l. 2. §. hereditas, ff. de suis et legit. hered. et l. cum inter, C. de fideicommissar. libertatib. eandem opinionem tenet Felin. in cap. 5. Crucis, de rescript. colum. antepenult. et Jason. in l. si extraneus, ff. de condit. ob caus. colum. 4. Alii verò tenuerunt, quòd nemo eorum sit admittendus, et quòd invicem se impellant; et hujus opinionis fuit Joan. de Imol. in dict. l. ex duobus, per l. si fuerit, ff. de reb. dub. et idem videtur voluisse Joan. de Imol. in cap. indicante, de testam. in quæstione de duobus currentibus ad bravium, qui eodem tempore pervenerunt, quòd nullus admittatur, et concursu se impediant. Alii dixerunt recurrendum esse ad judicium fortis, et tradit Joan. Andr. in addition. ad Specul. in rubric. de feud. ipse tamen tenet ibi aliam opinionem, scilicet, quòd si locus gratificationi, per l. si quis servum, §. si inter duos, ff. de legat. 2. et hujus opinionis videtur fuisse Bald. sibi contrarius in l. in quibus, in 1. lectura, vers. materia hujus legis, C. de secund. nupt. Francis. tamen de Aret. in dict. l. ex duobus, dicit, quòd superior debeat præferre illum in regno, qui sit magis idoneus, et sufficiens, argum. l. si plures, ff. de accusation. cap. si duo, §. fin. de procurator. lib. 6. si verò sicut infantes, ita quòd non potest apparere de majori sufficientia, tunc superior gratificabit cui velit, argum. cap. duobus, §. fin. de rescript. lib. 6. et dict. §. si inter duos, quæ gratificatio seu prælectio fienda est de necessitate, ut ibi per eum: et super qualibet istarum opinionum ad utramque partem, vide latè in dict. tractat. primogeniturae, quæst. 7. 8. 9. et 10. et tandem pro resolutione in quæst. 11. ponit aliquas conclusiones usque ad quæst. 12. vide ibi per eum. Et ad quæstionem nostram redeundo, adhærendo verbis hujus legis Partitarum, videbatur distinguendum, quòd aut ambo isti consanguinei Regis defuncti, vel alterius possidentis majoriam indivisibilem, et in qua unus tantum debet succedere, sunt masculi, aut unus masculus et alter femina, et isto casu præferretur masculus per istam legem Partitarum, præferentem masculum feminae; est enim in multis deterior conditio femininarum, quam masculorum, l. in multis, ff. de stat. homin. ubi Gloss. et per Specul. tit. de procur. §. 1. colum. 1. vers. regulariter, ubi latè; præsertim quia tractatur de jurisdictione, l. cum pater, §. non autem, ff. de judiciis,

que ouiesse, seyendo ome para ello (19), non

et quæ dixi in l. 3. tit. 13. 6. *Partit.* Si verò ambo essent masculi, tunc, si unus est in ætate infantili, vel pupillari, alter verò majoris ætatis, ille qui est major, videtur præferendus per istam legem, cum dicit, *que sea hombre para ello*, et etiam, quia ille est primogenitus, et nihil mirum, si sibi vendicet jura primogenituræ et majoriæ; ad hoc faciunt, quæ notabiliter Abb. tradit, consil. 85: 1. volum. column. 2. vers. *secundo probatur*, et tradit dict. Joan. de Cirier. in suo tractat. *primogenituræ*, lib. 1. quæst. 2. et Alexand. consil. 4. in 4. volum. et si unus eorum esset de progenie regali, alter verò non (quod potest accidere respectu matrimonii contracti per Regem, vel Reginam), præferendus esset indistinctè, qui descenderet à regali progenie, juxta id quod notat Bald. ubi supra *de feud. marchia*, column. 2. cum dicit, quòd si moreretur tota domus regia, et staret unus de sanguine antiquo, et non esset alius proximior, esto quòd esset ille in millesimo gradu, tamen jure sanguinis et perpetuæ consuetudinis, succederet in regno. Si verò omnes, qui sunt in pari gradu, essent etiam pares ætate et habilitate ad regendum, et sanguinis regii, tunc probabilis videtur illa opinio, de qua supra in partu gemino, quòd sit locus gratificationi, et quòd superior eligat; et si Rex est liber, superior erit Papa, qui est super omnes, ut in cap. *per venerabilem, qui filii sint legit.* vel forte hæc gratificatio spectabit regnicolas regni, et sic ad magnates et populos regni, ut tradit Bald. in dict. l. *ex hoc jure*, column. 2. ff. *de just. et jur.* argum. l. *si duas*, ff. *de excusat. tutor.* per l. *si quis in gravi*, §. *utrum*, ff. *ad Syllanian.* pro quo etiam facit, quòd habetur infra eod. l. 2. facit l. *si quis à filio*, §. 1. ff. *de legat.* 1. et vide circa prædicta Petrum Jacob. in sua practica. fol. 97. *alias super arbore Regum Franciæ*: vel dic et melius, quòd præferatur ille consanguineus Regis, qui descendit à primogenito, et ita secundum ordinem genituræ, licet alter æqualis in gradu sit major ætate, juxta id quod habetur in l. 40. in *Ordin. Taurin.* et facit l. *omnia qua*, §. *in fideicommissio*, ff. *de legat.* 2.

Nota etiam, quòd ista lex in istis verbis, cum dicit, *et mas propinco pariente, que ouiesse*, decidit illam quæstionem, in qua latè insudavit consulendo Socin. 1. volum. in consil. 49. et tradit in l. *si cognatis*, column. fin. ff. *de reb. dub.* quòd quando proximior vocatur per fideicommissum, intelligitur de proximiori ultimo decedenti, et non proximiori primi disponentis: videas ibi per eum, qui plura refert.

Sed pone quòd testator fecit majoriam in filium suum et descendentes suos, et in eorum defectum in proximiorum consanguineum suum, et habeat consanguineum in tertio gradu, et alium sibi proximiorum in secundo, et iste proximior genuit filium post mortem testatoris, et defunctus est; deinde moritur filius testatoris nullo descendente relicto, quis admittetur ad majoriam? Et videbatur, quòd ille qui est in tertio gradu, qui erat jam natus; nam licet alius post natus sit in tertio gradu, et descendat à proximiori, non tamen videtur proximior, neque consanguineus defuncti, ut in l. *item Prætor*, cum duabus præcedent. ff. *de suis et legitim. hered.* l. 1. §. *si quis proximior*, ff. *unde cognati.* Tu dic contrarium, quia illæ leges loquuntur in acquisitione hereditatis, secus est in aliis, secundum Bart. in dict. l. *item Prætor*, et in l. *Paulus*, la 2. ff. *de suis et legitim. hered.*

(19) *Seiendo ome para ello.* Facit, quòd facultas ad majoriam non extenditur ad inhabiles: et nota bene hanc legem, quòd consuetudo, quæ defert regnum propinquiori, debet intelligi, dummodo sit persona habilis ad regimen regni; inhabilis enim habetur pro mortuo, vel nullo, l. 1. §. fin. et ibi Bart. ff. *de honor. poss. contra tabul.* ad quòd etiam facit, quòd dispositio etiam generalis, non includit personas inhabiles, ut in l. *ut gradatim*, §. *sed et si lege*, ff. *de muner. et honor.* et notat Bart. in l. 1. §. *nuntiatio*, ff. *de novi oper. nuntiatio.* Et idem dicendum eadem ratione, si filius primogenitus esset inhabilis, veluti si esset demens vel furiosus, ut etiam in terminis tenet Bald. in cap. 1. co-

lumn. 4. *de success. feud.* quando vitium est naturale et perpetuum, quia secundum eum consuetudo intelligitur de eo, qui naturaliter nascitur habilis; si autem ex accidenti efficiatur demens, tunc dabitur ei curator, quia in persona sua radicatum est jus regie potestatis, cap. *grandi, de supplen. neglig. Prælat.* lib. 6. et in authent. *hoc amplius*, column. 2. *C. de fideicommissis.* Dicit etiam, quòd si primogenitus est insufficientis, potest dari regnum secundo genito, ut fecit David; nam consuetudo de præferendo primogenitum, non debet interpretari contra utilitatem totius regni: et idem dicit in l. *omnes populi*, column. 10. ff. *de just. et jur.* quia beneficia legum capacibus scripta sunt, non incapacibus et odiosis, argum. l. *Lucius*, §. *Lucius Titius Damam.* ff. *de legat.* 2. et idem voluit Socin. etiam in dignitatibus extra regnum, consil. 47. 1. volum. in nova impressione, ubi loquitur in majoria: et videndus est Joan. de Cirier. in dict. suo tractat. lib. 3. quæst. 4. vide tamen in hoc, quæ dicit Carol. Molin. in suo tractat. *consuetudinum feudat. Parisiensium*, fol. 117. column. 3. et 4. ubi hoc, limitat, et intelligit in inhabili ipso jure; secus si esset indignus, et per sententiam privandus, nam tunc non fieret locus posteriori nato, sicut nec cæteris liberis accresceret portio prius nati, quæ non deficit ipso jure, sed ab eo auferitur, et in fiscum sola devolvitur: quæ tamen limitatio forsan procederet in aliis majoris sub regno, et tunc confiscaretur usufructus in vita illius, à quo auferitur, l. *si finita*, §. *si de vectigalibus*, ff. *de damno infect.* non verò in ipsa successione regni, quia regnum non confiscatur, sed deleteretur sequenti, qui isto de medio sublato succederet: quòd et probatur in ista lege Partitarum, cum subdit, *e non ouiendo fecho cosa, por que lo deuiésse perder*: facit etiam cap. *alius*, 15. quæst. 6. Dicit etiam dictus Carolus ubi supra, allegans Joan. Ignaum in disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, quòd etiam à nativitate demens succedat in regnum, sed detur curator; quia licet regnum Franciæ (dicit ipse) non sit hereditarium patrimoniale, vel feudale, succeditur tamen jure sanguinis, et deleteretur proximiori sanguinis masculini in infinitum, quòd dicit de jure esse verius et utilius: siqua tamen necessitas reipublicæ urgeret, fatetur, quòd de consensu procerum, et statum regni posset aliter provideri, deferendo regnum sequenti proximiori habili, allegat dict. cap. *alius*. Mihi verò videtur, quòd à nativitate demens, vel aliàs inhabilis excludatur, quia in eo numquam habuit locum jus primogenituræ per istam legem, et per prædicta; si tamen demens vel furiosus à natura haberet filium non dementem, is succedet loco patris sui, Bald. consil. 389. *consuetudo*, column. 2. vers. *Item pone primogenitum esse furiosum*, volum. 2. Socin. consil. 47. volum. 3. Præposit. Alexand. in cap. 1. *de feud. marchia*, licet contrarium dixerit Lucas de Pen. in l. 1. column. 3. *C. de privileg. eorum qui in sacro palat. milit.* lib. 12. Et idem esset, si primogenitus vocatus ad regnum esset monachus, vel canonicus regularis, ut dixit glossa notabilis in cap. *scripsit nobis*, 27. quæst. 2. et Bald. in l. *Deo nobis*, column. 5. *C. de Episcop. et cleric.* et in l. *data opera*, column. 10. *C. qui accus. non pass.* ubi de canonico regulari, et in l. *si quis*, §. *litem*, *C. de secund. nupt.* et Jacob. Alva, allegans dictam glossam in cap. *unic. de milit. vassal. qui arma bellica depos.* column. fin. adde Bald. in cap. *eum in magistrum*, in fin. *de elect.* qui in hoc arguit ad partes, et primò arguit, quòd monachus succedat, quia monachus non tollit gratiam originis, argum. ff. *de capit. dimin.* l. *tutelas.* Item gratia poli non tollit beneficium fori, l. *Deo nobis*, *C. de Episcop. et cleric.* in contrarium verò arguit, quòd qui non potest habere proprium regimen, non potest esse commune, et ideo eo tamquam subducto de medio, succedit alius capax; et residet in hac parte. An verò ante professionem Rex, qui ingressus fuit monasterium, retineat dignitatem, et jurisdictionem, et administrationem; videtur quod sic, argum. cap. *beneficium, de regular.* lib. 6. et tenet Alberic. in authent. *ingressi*, column. penult. *C. de sacrosan. eccles.* et ibi circa id, quòd supra dixi, dicit quòd communiter vidit

de iure teneri, quod talis regia administratio non cadit in monachum, neque in monasterium, argum. cap. *eos qui*, 20. quæst. 3. et cap. *præsens clericus*; si tamen fiat Rex clericus, inclinare videtur, quod non perdat ex hoc dignitatem, neque regiam administrationem, dicens, quod clerici sæculares habent largiores habenas, quam monachi, ut patet ex notatis in summ. *ne clerici, vel monachi secul. negot. se immis*. Et idem videtur dicendum, quod non succedat in regno, si esset clericus, cum nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus, cap. 1. et per totum, *ne clerici, vel monach.* et voluit Gloss. in cap. *præsens*, 20. quæst. 3. et quia non succedit in feudo, ut in §. *qui clericus, si de feudo defunct. content. sit inter domin. et agnat.* et in cap. 1. *de benefic. famin.* et facit optimus textus in authent. *de sanctis. Episcop.* §. *sed neque*, collat. 9. vers. *generaliter*, et ibi Bart. argumento illius textus dicit, quod si quis efficitur clericus, desinit esse Comes, vel Imperator, et allegat dict. cap. *scripsit*, quia clerici non debent admitti ad temporalem dignitatem, Joan. de Plat. per textum ibi in l. *colonos multa, C. de agricol. et censu.* lib. 11. et hoc etiam probat iste textus; et quia clericis non licet arma movere, cap. *ex multa*, §. *fin. de voto*. Vide tamen, quod in hoc de clerico notat Abb. in cap. *inter dilectos, de fide instrum.* et Barb. in tractat. *de præstantia Cardinalium*, et Abb. ibi in duobus locis, in 3. notab. et column. 4. et 5. concludit, quod possit succedere, et retinere comitatum ratione patrimonii, qui est clericus, vel episcopus: et idem voluit Alberic. in authent. *ingressi, C. de sacros. eccles.* col. penult., ut supra retuli; succedit ergo clericus in bonis majoriæ, nisi sit exclusus à constituente majoriam: quod au possit fieri consuetudine vel statuto, vide Paul. de Cast. consil. 164. incipit, *in causa majoriæ Hispalensis*, 2. volum. et si statutum excludit fœminas propter masculos, etiam clericus masculus excludet fœminas, Bald. in cap. *quod clericis, de foro compet.* post Joan. de Ligu. et Lapum, vide ibi per moderniores; adde ad prædicta Paul. de Cast. in l. *sub conditione, ff. de liber. et posthum.* Bald. in l. *cum adoptiois, in fin. principii, C. de adopt.* et vide quæ notat Præpos. in cap. 1. §. *quia*, column. 15. *qui feud. dur. poss.* Si tamen succedens in regno, vel majoria esset impotens ad generandum, non ex hoc repellitur à successione, ut notat Bald. loquens in feudo, in cap. 1. §. *fin. Episcopum vel Abbatem*.

Sed pone, quod tempore delationis majoriæ, qui ad eam proximior vocabatur, erat incapax propter hæresim, vel aliud delictum, fuit tamen restitutus per Principem, antequam sequens vocatus acceptaret majoriam, an admittetur? Bald. referens quoddam consilium Freder. de Sen. movet quæstionem similem in l. *fin. col. fin. vers. secunda quæstio est ista, C. de episcop. et cleric.* de eo qui decessit relicto filio fratre minore, qui factus fuit episcopus, antequam alii venientes ab intestato adirent hæreditatem; et refert disputationem ad partes, et dicit Fredericum inclinare, quod talis filius præferatur, quia dignitas superveniens amotio fuit prioris obstaculi, et dicit non obstare l. *id quod nostrum, ff. de regul. jur.* quia ibi loquitur de iure pleni domini; sed jus additionis faciendæ non est jus domini, sed quadam facultas, quæ nondum in bonis nostris connumeratur, l. *pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* et idem tenet ibi Bald. dicens esse multum æquum: item cum hic interveniat restitutio in priorem statum, videtur, quod præjudicare debeat cæteris, quibus jus majoriæ esset delatum, l. *fin. C. de sentent. pass.* et cap. *quamvis, de rescript.* lib. 6. et nota in dict. l. *Gallus*, §. *et quid si tantum, ff. de liber. et posthum.* In contrarium tamen urget, quia jam dominium et possessio honorum majoriæ erat à lege translata in sequentem vocatam, qui erat habilis, ut in l. 7. tit. 4. 5. *Partit.* et in l. 45. *in Ordin. Tauri*, unde restitutio Principis eis non præjudicabit, ut voluit Gloss. dict. §. *et quid si tantum*, neque de Principis mente videtur voluisse sibi præjudicare; si tamen constaret, quod Princeps voluit sibi præjudicare, tunc esset majus dubium, ex eo quod in talem vocatum nondum de iure gentium erat sibi radicatum dominium, sed tantum de iure civili, contra quod Princeps potest dispensare, ut adducunt Doctor. et signanter Decius in cap. *quæ in ecclesiarum, de constit.* vide quæ dixi in l. 3. tit. 13. 6.

Partit. Tu cogita, quia durum videtur ex tali restitutione excludere habilem jam vocatum, et cui jam erat delata majoria; et vide quod notat Bart. in l. 1. §. *qui habebat, ff. de bonor. poss. contra tabul.* et Andr. de Iser. in §. *præterea, si vassallus*, colum. 4. *quæ sit prima benefic. amitt.* vers. *item quid si princeps indulsisset isti primogenito*, ubi in terminis dicit, quod si Princeps crimen conditionis indulsit primogenito, periunde debet haberi, ac si nunquam fuisset proditor; quod tamen dicit intelligendum, si vivo patre indulsit Princeps, quia tunc tempore delationis majoriæ invenit se iste habilem, quando pater scilicet moritur; secus si mortuo patre, et jam facto loco secundogenito, Princeps indulget, quia tunc non perdet secundogenitus jus sibi quæsitum, licet Princeps remittat primogenito crimen, argum. l. *fin. ff. de pact. et l. post mortem*; §. *fin. ff. de bonor. poss. contra tabul.* l. *si cum Hermes, C. de locuto*, et subdit statim: contra videtur de his, quæ diximus supra, *de vassallo decrepita ætatis*, circa finem, licet Canonistæ contra, ut ibi plenè dictum est, ubi videtur inclinare, quod si re integra Princeps remittat, antequam bona alii essent quæsitæ ex sententia, vel ex crimine, prosit indulgentia quoad bona, secus si jam alii essent quæsitæ: vide latius ibi per eum, et bonus textus est in materia in cap. *quamvis, de rescript.* lib. 6. et tradit Joan. Andr. in addit. *ad Specul.* in rubr. *de feud.* colum. 3. vers. *ex quo de tan. mentionem feci*: adde etiam prædictis l. *si tutor*, §. *fin.* et ibi Bald. in quæst. *de saccul. ff. de tutel. et ration. distrab.* et l. 1. §. *quidam filium, ff. de bonor. poss. contra tabul.*

Quid autem si vocatus proximior esset apud hostes, vel furiosus tempore, quo defertur majoria; an sequens in gradu admittatur? Et videtur dicendum, quod aut curator illius furiosi, vel honorum talis captivi absentis, valet acceptare majoriam, et repellitur sequens; aut ipsi curatores differunt, et tunc admittitur sequens in gradu cum cautione; quod si ipse sequens moriatur, antequam furiosus perveniat ad sanam mentem, vel captivus revertatur ab hostibus, restituet alii debenti succedere in majoria, vel ipsi furioso, si pervenerit ad sanam mentem, vel capto, si revertatur ab hostibus; probari videtur in l. 1. *ff. de bonor. poss. infanti vel furioso*, et ibi Bart.

Adverte etiam, quod si tempore delationis majoriæ filius sit incapax, succedet tamen nepos ex eo, l. 1. §. *qui filium, ff. de bonor. poss. contra tabul.* et legit Bart. sub §. *qui habebat*: et idem dic, si proximior vocatus esset deportatus, vel perpetuò in insulam relegatus, l. *Statius Florus*, §. *fin. ff. de jur. fisci, l. ex facto*, §. *si quis rogatus, ff. ad Trebell.* l. *cum pater*, §. *hæreditatem, ff. de legal.* 2. et cum sit omnino incapax, excludetur fiscus.

Similiter, et si primogenitus ingrederetur religionem, succedet sequens secundogenitus, Bald. in l. *si quis priori*, §. *talem, C. de secund. nupt.*

Similiter etiam, et si majoria disponat, quod stante masculino fœmina non succedat, si filius sit inhabilis, succedet filia, l. 1. §. *si pater*, et ibi Bart. *ff. de conjug. cum emancip. liber. ejus*, et textus in authent. *de nupt.* cap. 20. §. *solutio*, in fin. vide omnino, quæ notat Bart. in dict. §. *si pater*.

Sed quid si successor in regno, vel majoria esset cæcus? Dic, quod succedet: Bart. in l. *cæcus, ff. de judic.* Joan. de Plat. in l. 1. *C. qui morb. se excus.* lib. 10. licet à principio jurisdictio non possit concedi cæco, secundum Bart. in dict. l. *cæcus*, et adde notata per Bald. in dict. cap. 1. *an mutus vel aliter imperfect.* Adverte etiam, quod licet in successione regni procedat ista lex, et quæ in principio hujus glossæ dixi, ut excludatur inutilis et inhabilis, et idem in his dignitatibus et jurisdictionibus, in quibus esset par ratio, non tamen idem esset dicendum in aliis majoriis: imò videtur, quod in illis omnes indistinctè succedant; si à disponente majoriam non excludatur, et pro hoc est singularis decisio Baldi in vers. *libellario*, ad fin. *de pace Constant.* ubi concludit, quod in feudis, pro quibus non præstatur servitium, licet præstetur census pecuniarius (prout dicit esse in feudis quarundam ecclesiarum Lombardiæ, quæ non curant de servitiis armorum, sed de redditibus bur-salibus), quod in talibus succedit mutus et surdus etiam à nati-vitate, et quilibet alius, nisi tenor investituræ repugnaret: quæ verba tene menti, nam declarant omnem istam mate-

auiendo fecho cosa (20), porque lo deuiesse perder. Onde todas estas cosas es el Pueblo tenuto de guardar, ca de otra guisa non podria el Rey ser complidamente guardado, si ellos assi non guardassen el Reyno. E porende, qualquier que contra esto fiziesse, faria traycion conocida, e deue auer tal pena, como de suso es dicha de aquellos que desconocen Señorio al Rey.

LEY III.

Como deuen ser escogidos los Guardadores del Rey niño, si su Padre non ouiere dexado Guardadores.

Aviene muchas vezes, que quando el Rey muere, finca niño el hijo mayor que ha de eredar, e mayores del Reyno contienden sobre el, quien lo guardara, fasta que aya edad. E desto nascen muchos males. Ca las mas ve-gadas, aquellos que le cobdician guardar, mas lo fazen por ganar algo con el, e apoderarse

riam, et ita intellige, quod idem Baldus notat in §. *prater- ea Ducatus*, ad fin. vers. *quærit glossa, de prohib. feud. alien. per Frederic.* et ita etiam intelliges et limitabis dicta Socin. in dict. consil. 47. et Bald. in l. fin. *C. de suis et legit. hered.* colum. penult.

(20) *E non auiendo fecho cosa.* Scilicet aliquod delictum, vel aliud, propter quod expelleretur à successione regni; et intellige quando esset grave et tale, quod turbaret statum Christianitatis, ut declarat Baldus, quem vide in l. fin. *C. de legib.* nam aliàs etiam criminiosus potest esse Rex ex successione, ut notat Bald. in l. fin. *de rerum diuis.* et Lucas de Penn. latè in l. 1. *C. de reis postulat.* lib. 10. vide Carolum Molin. in suo tractat. *consuetud. Parisien.* fol. 126. colum. 1. et ibi dicit, quod propter crimen læsæ majestatis in regiam coronam, et rempublicam regni commissum per aliquem de sanguine regio, posset ille perduellis etiam cum futura sua posteritate privari omni tempore, et jure futuro in successione regni; et ita dicit factum fuisse olim per arcetum supremi senatus Parisiorum, et Parium Franciæ, anno Domini 1457. in Joannem Ducem Alenconii, in præsentia Regis Caroli VII. cui adde Andream de Isern. in §. *prater- ea si vasallus, quæ sit prima caus. benefic. amittent.* colum. 3. et 4. ubi vult, quod propter crimen læsæ majestatis filius delinquens vivo patre fiat inhabilis, et non succedat in feudo, quod debetur primogenito, et veniat in secundogenitum; et nota ista, nam aliàs spes succedendi in majoria, non videtur venire in confiscatione honorum, quando esset spes causata ab ultima voluntate, Bald. in l. *ex facto*, §. *Julianus Longinus, ff. de vulg. et pupill.* in 6. notab. per illum textum, et Ang. in l. 1. *C. de bon. libert.* et Bald. in l. *si alii, ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Decius consil. 438. et vide quod dicit Joan. de Plat. in legitima filii in l. *certa forma, C. de jure fise.* lib. 10. in crimine læsæ majestatis limitatur hoc, ut in l. *quisquis, C. ad leg. Jul. majest.* vide quæ latius dixi in l. 2. tit. 2. 7. *Pactita.* Si verò spes succedendi in majoria causaretur ex contractu, seu aliàs quam ex ultima voluntate, talis spes veniret in confiscatione honorum, ut in l. *inter suorum*, §. fin. *ff. de pact. dotat.* Sed pone juxta prædicta, quod Rex dedit facultatem faciendi majoriam cum hac clausula, quod non perdat etiam propter crimen læsæ majestatis, prout vidi in quadam facultate positam; an limitetur talis facultas, et intelligatur ita tamen, quod tale delictum non committatur proditoriè, nam videtur, quod sic, per textum in cap. 1. *an ille qui interfec. frat. domin. sui*, et quod notat Bald. in §. *similiter, quib. mod. feud. amitt.* et quia cum proditio fit proditoriè, repu-

de sus enemigos, que non por guarda del Rey, nin del Reyno. E desto se leuantan grandes guerras, e robos, e daños, que se tornan en grand destruymento de la tierra. Lo vno, por la niñez del Rey, que entienden que non gelo podra vedar. Lo al, por el desacuerdo que es entre ellos, que los vnos puñan de fazer mal a los otros, quanto pueden. E porende los Sabios antiguos de España, que cataron todas las cosas muy lealmente, e las sopieron guardar, por toller todos estos males que auemos dicho, establecieron, que quando fincasse el Rey niño, si el Padre dexado ouiesse omes señalados, que lo guardassen, mandandolo por carta, o por palabra, que aquellos ouiessem guarda del; e los del Reyno fuessen tenudos de los obedescer, en la manera que el Rey lo ouiesse mandado. Mas si el Rey finado, desto non ouiesse fecho mandamiento ninguno, estonce deucense ayuntar alli do el Rey fuere, todos los Mayorales del Reyno, assi como los Perlados, e los Ricos omes (1), e los otros

tatur gravior, juxta notata per Bart. in l. *respiciendum*, §. *delinquant, ff. pen.* et in Extravag. *qui sint rebelles*, in gloss. super parte *rebellis*, et per Joan. Andr. in cap. 1. *de homicid.* lib. 6. per Bald. in cap. 1. colum. 4. *quib. mod. feud. amittat.* et facit illud Evangelii: *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*, et facit textus notabilis in l. *seruum, C. de delator.* lib. 10. ubi habetur, quod non licet seruo deferre dominum etiam in favorem fisci, quia diceretur facere proditoriè, cum sit familiaris; per quem textum Angel. ibi in addit. ad Bart. infert, quod licet bannitus possit occidi à quocumque, non tamen potest occidi per socium suum, eo quia esset proditoriè factum; facit etiam textus notabilis, et ibi Joan. de Plat. in l. 1. *C. de conductor. et procur.* lib. 11. in final. verbis: facit illud, quod tradit Joan. Faber in §. *alia deinde, Institut. de public. judic.* dum tradit illam consuetudinem, quod servus et familiaris suspenditur pro primo furto, extraneus non.

LEX III.

Rege mortuo, filio parvulo successore relicto, tutor erit illi, quem Rex defunctus elegerit, qui si de hoc non disposuit, convenire debent Prælati et proceres regni cæterique civitatum, aut villarum boni et honorati cives, qui juramento prius præstito eligant unum, aut tres, vel quinque ad plus tutores, Deum timentes, Regem amantes, qui sint generosi et naturales regni; regisque vassalli, boni intellectus, bonæ famæ, et qui spem successionis post Regis obitum non habeant: jurabuntque electi, Regis vitam, honorem, commodum, regni individuitatem ac augmentum servare, regnumque in pace et justitia tenere, quousque Rex ætatis sit viginti annorum, seu si filia Regina sit, donec nupsierit; quò facto ponendus est Rex in potestate tutorum, et parabitur eis, seu eorum majori parti: si verò Rex puer matrem habeat, ipsa viduitate durante erit de tutoribus principalior. Nolentes sic congregari, aut tutoribus obedire legitima causa cessante, proditores sunt, exilio perpetuo, si honorabiles fuerint, mancipandi; si minoris conditionis, occidendi sunt: quæ omnia servantur Rege in furorem aut dementiam verso: tutores verò malè administrantes pro modo commissi punientur. Hoc dicit.

(1) *E los Ricos omes.* Adde Bald. in l. fin. in fin. *C. de testam. milit.* et an isti dicentur pares curiæ, vide Bald. *de feud. marchiar.* 2. colum. ubi de istis patriciis regni, et à quò tempore iste Rex minor potest uti jurisdictione, habetur hic, et vide Abb. in cap. *cum vicesimum, de offic.*

omes buenos, e honrrados de las Villas; e des- que fueren ayuntados, deuen jurar todos sobre Santos Euangelios, que caten primera- mente seruicio de Dios, e honrra, e guarda del Señor que han, e pro comunal de la tier- ra del Reyno; e segund esto, escojan tales omes, en cuyo poder lo metan, que le guar- den bien e lealmente, e que ayan en si ocho cosas. La primera, que teman a Dios. La se- gunda, que amen al Rey. La tercera, que ven- gan de buen linaje. La quarta, que sean sus naturales. La quinta, sus vasallos. La sexta, que sean de buen seso. La septima, que ayan buena fama. La octaua, que sean tales, que non coblicien heredar (2) lo suyo, cuydando que han derecho en ello despues de su muer- te: e estos Guardadores deuen ser vno, o tres, o cinco, non mas, porque si alguna vegada desacuerdo ouiesse entre ellos, aquello en que la mayor parte se acordasse, fuesse valedero. E deuen jurar, que guarden al Rey su vida e su salud; e que fagan, e alleguen pro, e honrra del, e de su tierra, en todas las mane- ras que pudieren; e las cosas que fuessen a su mal, e a su daño, que las desuien, e las quiten en todas guisas. E que el Señorío guar-

den, que sea vno, e que non lo dexen partir, nin enagenar en ninguna manera; mas que lo acrecienten, quanto pudieren con derecho. E que lo tengan en paz e en justicia; fasta que el Rey sea de edad de veynte años (3); e si fuere fija, la que ouiere de heredar, fasta que sea casada (4). E que todas estas cosas fa- ran, e guardaran bien e lealmente, assi como de suso son dichas. E despues que esto ouie- ren jurado, deuen meter al Rey en su guar- da, de manera que faga con consejo dellos to- dos los grandes fechos que ouiere de fazer. E continuamente deuen tener tales omes con el, que sepan mostrarle aquellas cosas, por que sea bien costumbrado, e de buenas maneras, assi como de suso son dichas en las leyes que fablan desta razon. E todas estas cosas sobre- dichas, dezimos que deuen guardar, e fazer, si acaeciesse que el Rey perdiessse el senti- do (5), fasta que tornasse en su memoria, o finasse. Pero si aueniesse que al Rey niño fin- casse Madre (6), ella ha de ser el primero e el Mayoral guardador sobre los otros: por- que naturalmente ella le deve amar, mas que otra cosa, por la lazeria, e el afan que lleuo trayendolo en su cuerpo, e de si criandolo.

delegat. Benedict. in repetit. cap. Raymulus, de testam. fol. 242. cum sequentib. et ibi, quòd per proceres regni potest aliter ordinari, quàm hic disponatur: et vide quòd in hoc fuit factum tempore minoris etatis Regis Henrici tertii, filii Regis Joannis primi, ubi fuit aliter dispositum, scilicet quòd regnum gubernaretur per consilium et consiliarios Regis, et non per tutores, ut patet in ordinamento curiarum de Madrid, anno Domini 1391. ibi: circa de lo tercero.

(2) *Coblicien heredar. Hoc non fuit servatum in cap. grandi, de supplen. negligent. Prælat. vide ibi Gloss.*

(3) *De veynte años. Vide in Ordin. Regis Alphonsi, in Vallisoletto, AERA 1363. ubi dicit hoc de anno 15. scilicet, quòd Rex in initio anni quindecimi assumit regimen regni, et expirat tutela Regis: et idem factum fuit in Rege Joan. II. ut patet in curiis de Madrid, anno Domini 1419. et vide etiam, quòd idem dicitur de Rege Henrico III. in aliis curiis de Madrid, anno Domini 1393. cum aliter non statureretur per proceres regni in occurrenti casu, et Rex pubes- cum eis aliud non vellet, staretur huic legi, quam allegat Oldr. consil. 52. et de materia vide Bart. in l. quidam consulebant, colum. fin. ff. de re judic. et Joan. in l. fin. C. de testam. milit. et Guilliel. Benedict. dict. fol. 242. cum se- quentib. et vide etiam legem sequentem, ibi: o seyendo tamãño, etc. vide Carol. Molin. in comment. 1. partis consue- tud. Parisiensium, fol. 257. cum sequentib. ubi multis in hoc allegatis concludit, quòd licet probabilior videatur ista opinio, quæ usque ad vigesimum annum daret tutela, seu cura Regis, et inter opiniones varias ista videatur eli- genda, utilius tamen et consultius sibi videri, quòd finiatu- pubertate, ita quòd non sit ei dandus curator sive regens, seu alius quocumque nomine loco Regis administrator, sive unus, sive plures; dum tamen non solus de per se adminis- tret, sed cum consilio delectorum, et fidellum, et prudentium virorum: ibique refert Carolum V. Francorum Re- gem, anno Domini 1377. publica concione in supremo se- natu Parisiensi legem statuissse, convenire primogenitum Francorum Regis filium regni administrationem recipere debere, cum decimum quartum ageret annum, ne per lon- giorum tutelam occasio suaderet malevolis res novas exci- tandi.*

(4) *Fasta que sea casada. Non intelligas, quòd per contractum matrimonii tutela finiatu- sed pubertate, ut in l. fin. C. quando tutor esse desin. quia tunc cum est pubes, contrahit matrimonium; neque etiam intelligas, quòd contracto matrimonio maritus erit ejus curator, et adminis- trabit regnum, quia esset contra dispositionem l. mari- tus, C. qui dar. tutor. poss. et l. fin. tit. 17. 6. Partit. sed quòd tunc ipsa de consilio viri administrabit: vide tamen quæ dixi in l. 9. tit. 1. suprã ead. Partit.*

(5) *Perdiessse el sentido. Quid si furiosus haberet filium? Videtur quòd filio habili esset committenda administratio, l. 1. in fin. ff. de curator. furios. et adde Carol. Molin. in dict. tractat. consuetud. Parisiens. §. 29. in fin. Quid autem si Regina efficeretur furiosa, vel mente capta, quæ jam erat nupta, an administratio regni pertinebit ad maritum Regem, vel an eligentur curatores juxta formam hujus legis? Doct. de Palac. Rub. movet questionem in cap. qui presbyterum, de penit. et remis. et vult, quòd pertinet ad maritum; movetur per l. 9. tit. 1. ista Partit. et quia per matrimonium vir et uxor efficiuntur una caro, et quia maritus est caput mulieris, cap. cum caput, et cap. mulierem, 33. quæst. fin. quæ tamen mihi in quæstione prædicta non concludunt, ex his quæ dixi in dict. l. 9. et in gloss. præce- denti; est tamen æqua decisio, saltem quando maritus esset idoneus, et haberet filios ex matrimonio; de rigore tamen, si aliter proceribus regni et procuratoribus civitatum non placuisset, servanda esset hujus legis dispositio.*

(6) *Fincasse madre. Vide in authent. matri et avia, C. quando mulier tutel. offic. fungi potest, et in corpore, unde sumitur: an autem teneatur dare tales fidejussores pro ad- ministranda tutela, qui essent sufficientes ad valorem regni, vel an sufficiat, quòd det, quos potest, vide per Alberic. referentem Uber. de Bobio, qui in ista quæstione consuluit pro Domina Blanca, matre Regis Franciæ, in l. de creatio- nibus, C. de episcop. audient. ubi concludit, quòd sufficit, quòd det quos invenire potest, vide ibi: et an si Princeps vel Rex relinquat uxorem dominam, et administratricem, et quòd omnes subditi ei obediant, et sint fideles, per hoc videatur eam relinquere tutricem, vide Bald. quòd non, in consil. 294. incipit, dicta particula testamenti, 4. volum.*

Ellos deuenla obedescer, como a Señora, e fazer su mandamiento en todas las cosas, que fueren a pro del Rey, e del Reyno. Mas esta guarda deue auer, en quanto non casasse, e quisiessse estar con el niño. Oude los del Pueblo, que non quisiessen estos guardadores escoger, assi como sobredicho es, o despues que fuessen escogidos, non los quisiessen obedescer, non faziendo ellos por que, farian traycion conocida, porque darian a entender que non amauan guardar al Rey, nin al Reyno, e porende deuen auer tal pena: si fueren omes honrrados, han de ser echados de la tierra para siempre; e si otros, deuen morir por ello. Otrosi dezimos, que quando alguno de los guardadores errase en alguna de las cosas, que es tenuto de fazer en guarda del Rey, e

de la tierra, que deue auer pena, segund el fecho que fiziere.

LEY IV.

Que cosa es tenuto de fazer guardar el Rey nucuio por el finado.

Auiendo el Rey niño la edad que dize en la ley ante desta, o seyendo tamaño quando comengasse a reynar, que pudiesse gouernar su Reyno, tenuto es por derecho, e por bien estança, de fazer estas cosas por el Rey finado. Assi como en dar limosnas por su anima, e fazer dezir Missas e otras oraciones, rogando a Dios que le aya merced. E otrosi en pagar sus debdas (1), e en cumplir sus mandas, e en

et licet ista lex non dicat de fidejussoribus dandis in casu isto, neque in casu precedenti, videtur quod sint dandi, cum per alias leges ad hoc tutores legitimi, et dativi sine inquisitione teneantur, et dixi in l. 9. tit. 16. 6. *Partit.*

LEX IV.

Successor regni tenetur ad legata et debita prædecessoris, et sicut succedit in honore, succedere debet in onere; non tamen ob ea solvenda immobilia regni alienabit: et si successor regni puer sit, tutores ejus hæc solvent, aliis perdet dona, quæ à Rege defuncto habuerunt; quæ si non habeant, exalabant à regno tanto tempore, quanto Rex et ejus curia decreverit. Hoc dicit.

(1) *Sus debdas.* Nota, et vide quæ habentur in tractat. *juris primogenituræ*, Joan. de Cirier. lib. 2. quest. 2. et vide quod dicit Bald. in l. 1. in princip. ff. de constit. *Princip. et in cap. venerabilium, de elect.* column. 2. vers. *quæstio talis*, vide omnino et quæ dicit Roderic. Saarez allegation. 10. et vide in tractat. *consuet. feudal.* fol. 142. col. fin. et fol. sequent. et allegatur ista lex, quod primogenitus Regis, et cæteri successores in majoriis Hispaniæ teneantur ad debita prædecessoris defuncti; sed ista lex non aperit, an dato, quod non esset hæres patris, teneretur ad talia debita, imò videtur loqui, quando esset hæres patris, cum dicit infra, *hereda sus bienes*: quando enim regnum, vel cæteræ majoriæ deferuntur jure sanguinis, vel investituræ, et non jure hæreditario, non urget ratio, ut teneatur ad talia debita in eis succedens, nisi fortè pro necessitate, vel utilitate majoriæ essent contracta, ut in cap. 1. de solution. et in l. *providendum*, ubi Joan. de Plat. *C. de Decurion.* lib. 10. Bald. in l. 2. *C. communia, de legat.* Ad hoc etiam facit opinio illorum, qui dicunt, quod etiam in feudo, quod est acquisitum ex pacto et providentia, si filius faciat inventarium, non teneretur ad debita patris ratione feudi, neque feudalia bona propter hoc possent distrahi, ut tradit Andr. de Iser. in cap. unie. column. fin. *an agnat. vel filius defuncti*, quem vide, nam loquitur pulchrè et benè ad propositum nostrum: neque obstat, quod dixit Oldr. consil. 94. incipit, *elegantè*, et Alberic. in proœmio *Digestorum*, §. *discipuli*, et in l. fin. *C. de donat. inter vir. et uxor.* Anchæ. in cap. *licet, de voto*, Abb. consil. 3. 2. volum. qui ad hoc referunt et sequuntur Oldrald. nam loquitur Oldrald. in regno Aragoniæ et Majoricarum, quæ deferuntur jure hæreditario, ut patet ex his, quæ ibi, et consil. sequenti, et consil. 231. dicit Oldrald. ubi loquitur de donatione, testamento, et divisione factis per Jacobum olim Regem Aragoniæ et Majoricarum, et sic loquantur de jure primogenituræ, per quod defertur tota et universalis successio: et ita in terminis declarat Carol. Molin. in comment. 1. part. *consuetud. Parisiens.* fol. 125. column. 3. et fol. 143. column. 1. quod cessat in succedente in regno, vel majoria,

quæ jure sanguinis, vel consuetudinis, seu investituræ defertur; cum tunc capiat, non ab ultimo, sed à primis constituentibus, vel à consuetudine: et ita etiam intelligerem, quæ dicit Bald. et Abb. in cap. *significavit, de rescript.* de illa Comitissa succedente in comitatu, scilicet quod intelligatur, quando defertur jure hæreditario, non aliis; non deberent tamen à primogenito ista amare sami, et quando debita non essent magna, et exonerationem conscientie patris tangerent, deberet illa solvere, ut adducit elegantè Andr. de Iser. ubi supra; et licet loquatur in feudo, et regnum non regatur more feudi, quia non est feudum, sed ab ipso feuda proveniunt (ut dicit Joan. Cirier. in suo tractat. *juris primogenituræ*, lib. 3. quest. 6.), tamen de aqutate multum militat in filio Regis primogenito, seu in alio ratione Isernia, et aliorum in dict. cap. 1. Et vide in materia elegans consilium Bald. l. volum. consil. 271. ex quo colliges alios casus, in quibus tenebitur successor in regno ad debita defuncti: et ibi signanter dicit, quod si Rex delinqueret judicando, et in figura justitiæ prætensæ, quod tunc præjudicaret suæ reipublicæ et fisco, et teneretur successor; quod reputo multum notabile, si verum est: et ibi etiam aliud signandum dicit, quod regnum magis assimilabitur dominio, quàm simplici regimini. Si tamen majoria esset nova, veluti à patre facta, tunc deficientibus aliis bonis, in subsidium successor teneretur ad debita facta ante majoriam, et rerum ejus traditionem, textus cum glossa in l. *cum fidei heredis, ff. de fideicommiss. libert.* et in l. *peto, §. prædictum, ff. de legat.* 2. textus cum glossa, et ibi Bald. in l. *filiusfamilias, §. Dicit, ff. de legat.* 1. l. *pater filium*, in princ. ff. de legat. 3. et notat pulchrè Joan. de Imol. in l. *pro herede, §. si quid tamen, ff. de acquir. hered.* et Alexand. consil. 19. 3. volum. et favore fisci, etiamsi hæreditati renuntiet, tenetur de quibuscumque bonis, quocumque titulo à defuncto habitis, per casum singularem, et ibi Bart. et Joan. de Plat. in l. *heredes, C. de omni agro desert.* ubi vide: adde ad prædicta, quod titulus, *an agnatus vel filius defuncti possit repud. etc.* non procedit, quando filius expresse est vocatus ad majoriam, vide Paul. de Cast. in l. *cum servus, ff. de legat.* 1. Unde errabat quidam Doct. antiquus; qui contrarium in hoc tenebat, adde Gloss. et Bald. column. 3. in §. *et quia vidimus, de his qui feudi dar. poss.* et textum notabilem in l. *filii, ff. de jur. patron.* et l. *nihil inter est, §. si patronus, ff. de bonis libert.* bonus textus et ibi Paul. de Castr. in l. *filio pater, ff. de legat.* 1. et l. *si non solus, §. cum substitutus, ff. si quis omis. caus. testam.* posset tamen salvari dictum illius Doctoris antiqui, quando majoria relicta esset filio, et descendenti hæredi, et sic quod requireretur per majoriæ constitutionem, quod successor esset hæres: posset etiam salvari, quando majoria esset novæ facta per viam prælegati, seu meliorationis tertix, et quintæ honorum; et tunc si haberet cohæredem, poterit etiam se abstinere ad hæreditate, et consequi prælegatum, *liqui*

fazer algo a los suyos que lo ouieren menester, que non finquen desamparados. E otrosi en fazer guardar su fama. assi que los que en su vida non dixeron mal del, non lo digan en su muerte (2). Ca pues que non tiene daño al finado, nin pro al que lo dize, muestrase por atreuido el dezidor, e tornase en deshonrra del Rey niño, por que non lo deue sofrir en ninguna manera. E segund justicia e derecho, como querria que fiziessen a el en su muerte, assi lo deue el fazer por el anima del finado, pues que finca en su lugar, e ereda sus bienes. Ca derecho es, que como gana la honrra, e el pro de aquel a quien ereda, que assi tome la carga, e el embargo de lo quel auia de fazer. E faziendodolo assi, estarle ha muy bien, que quantos lo oyeren, lo preciaran mas porende, e le ternan por mas leal; e demas aura siempre buena finzia, que los que heredaren lo suyo, ansi faran por el quando

filiabus, §. fin. ff. de legat. 1. et ff. cod. l. filio: si autem esset solus, non posset, et sic etiam illo casu esset necesse, quod adiret hereditatem, et pro his adde textum in l. si ex patronis, §. Julianus, ff. de bon. libert. et l. si patronus, §. si quis libertum, ff. cod. Non ergo poterit defunctus gravare successorem majoriæ, qui non fuerit ejus hæres, ut de fructibus majoriæ quolibet anno aliquid solvat, quando majoria esset antiqua, licet posset, quando esset ejus hæres, ut notat Bald. in cap. 1. in fin. princip. de succes. feud. vers. quæro vassallus: poterit etiam quis, ut patet ex præmissis acceptare majoriam, et repudiare hereditatem, licet aliud voluerit Anchar. in cap. licet, de voto. Ex prædictis etiam patet, quod successor in majoria antiqua, non tenetur ad arrhas per prædecessorem uxori promissas, neque ob eas solvendas bona majoriæ possunt capi, neque distrahi, licet bene potuit maritus possessor majoriæ dare, vel promittere uxori nomine arrharum decimam partem fructuum percipiendorum ex rebus majoriæ, vel æstimationem ipsorum, ut in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. et authent. res quæ, C. communia de legat. cum tale jus percipiendi illos fructus, sit in bonis possidentis majoriam, et venit sub appellatione bonorum, l. bonorum appellatio, ff. de verbor. signific. et æstimabitur tale jus considerata ejus ætate, et juxta formam l. hereditatum, ff. ad leg. Falcid. prout tradit Doctor de Palac. Rub. in rubric. de donatio. inter vir. et uxor. et vult gloss. in l. omnium bonorum, ff. de usufruct. textus cum glossa in l. cum hi, §. modus, ff. de transact. ubi gloss. allegat dict. l. hereditatum, et ibi Bald. firmans, quod dicta l. hereditatum trahatur ad alios casus extra Falcidiæ æstimationem, licet Joan. de Imol. Paul. de Castr. et Alexand. in dict. l. hereditatum, velint contrarium, ex eo quod quis præsumatur vivere usque ad centum annos, l. an usufructus, ff. de usufruct. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. quorum opinioni obstare videtur illud Psalm. 89. v. 10. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni, etc. et experientia docet homines non venire in tantam ætatem: vel fiet æstimatio quanti usufructus, vel commoditas prædicta venire possit, ut in l. in lege Falcidia non habetur, ff. ad leg. Falcid. et tunc periculum, dampnum, vel commodum erit ipsius emptoris, l. 1. et per totum, ff. et C. de pericul. et comm. rei vend. et sic ipsius mulieris, cui talis decima promittitur; et in tali æstimatione habendus est respectus ad onera incumbentia majoriæ, juxta notata per Hostiens. Joan. Andr. et alios in cap. licet, de voto, facit textus in cap. presentis, vers. porro, de offic. ordin. lib. 6. cum ibi notatis per gloss. et Doctor. et vide in hoc pulchrum verbum Bald. in l. 1. column. 3. vers. pone impediri, C. de fructib. et lilium expens: Adverte etiam, quod

Tom. I.

finare. Pero esto deue ser fecho, de manera que non mengue el Señorío, assi como vendiendo, o enaguando los bienes del, que son como rayzes del Reyno; mas puedelo fazer de las otras cosas muebles que ouiere. Onde el Rey que esto non fiziessen, auerlo yan por enatio (3), e por desmesurado, e aun por torticero, que son cosas que le estarian mal en este mundo, e por que le daria Dios pena en el otro, como aquel que deuiera guardar egualdad a todos, e non la guardo en si mismo. Mas si el Rey fuesse tan niño que non podiesse esto fazer, deuenlo complir por el, aquellos que le touieren en guarda. E si ellos maliciosamente non lo compliessen, deuen auer por pena, que si alguna cosa tuieren del Rey finado (4), assi como officio, o heredamiento, o tierra, que lo deuen perder. E si non tuieren nada del, desde que el Rey fuere criado, han de salir de la tierra, por tanto tiempo,

et si statuto caveretur, quod filius receptans hereditatem paternam teneatur ad debita, non obstante quod fecerit inventarium, quod adhuc non tenebitur ad debita de bonis majoriæ antiquæ, in qua succedit, cum talia bona non habeat à patre, sed à progenitoribus, seu primis disponentibus; et sic potest petere separationem bonorum, per textum notabilem in l. 1. in fin. ff. de separation. bonor. et adde Bald. in l. 2. ad fin. C. de bon. auctor. judic. possiden. vers. quæro, dicit statutum, quod est salis notandum.

Quid autem si pretium rei emptæ ad majoriam, et quæ posita fuit in majoria, non fuit solum à constituente majoriam, quis solvit tale debitum, an successor in majoria, vel hæres defuncti? Vide per Bald. in l. cum alienam, C. de legat. column. 2. vers. dubitatur tamen, ubi concludit, quod hæres teneatur solvere; vide ibi per eum, et facit quod habetur in l. 1. C. si certum petatur.

An autem si aliquis habeat ex dispositione majoriæ facultatem eligendi unum ex filiis ad majoriam, possit propter hoc gravare electum ad aliquid dandum, vel faciendum, videtur quod non, per textum in l. unum ex familia, §. si lege Falcidia, ff. de legat. 2. l. ab eo; C. de fideicommissis. quia non videtur aliquid ab eligente capere, sed à primo disponente; et sic non obstat l. quidam testamento, §. fin. ff. de legat. 1. neque dict. l. unum ex familia, §. sed si fundum, neque l. pater filiam, ff. ad leg. Falcidiam.

Quid autem, si Rex, vel alias magnas in testamento suo jubet impleri testamenta parentum suorum? Quo ordine sit in hoc procedendum, vide per Bald. in l. 1. C. de bon. auctor. judic. possid. ex cujus dictis videtur dicendum, quod si Rex, vel magnas, qui hoc jussit, successit etiam, ut hæres patri, prius debet mandari executioni testamentum patris, quam filii; vide ibi per eum.

(2) Non lo digan en su muerte. Nota bonam legem contra diffamantem mortuum, et nota cum dicit, non tiene daño al finado, et quod injuria non fiat corpori mortuo, vide Bald. in l. ex hoc jure, col. 3. ff. de justit. et jur.

(3) Auerlo yan por enatio. Nota bene, quia non imponit penam privationis hereditatis, vel regni: et sic quod habetur in cap. licet, de voto, est speciale, propter votum non impletum, et ita dicebat Bald. in authent. hoc amplius, C. de fideicommissis. column. 2. et et pro ejus dicto videtur casus hic.

(4) Del Rey finado. Facit contra executores testamentarios Regis, seu contra exequi debentes, quod perdant officia et donationes Regis; et nota hoc ad extensionem cap. licet, de voto, et authent. hoc amplius, C. de fideicommissis. adverte tamen, quod non loquitur de executoribus datis in testamento, sed de tutoribus novi Regis pupilli: de executoribus

quanto el, e su Corte fallaren por derecho,

LEY V.

Como el Rey, e todos los del Reyno deuen guardar que el Señorio sea siempre vno, e no lo enajenen, ni lo departan.

Fuero e establecimiento fizieron antiguamente en España, que el Señorio del Reyno non fuesse departido, nin enajenado. E esto por tres razones. La vna, por fazer lealtad contra su Señor, mostrando que amauan su honrra, e su pro. La otra, por honrra de si mismos, porque quanto mayor fuere el Señorio, e la su tierra, tanto serian ellos mas preciados e honrrados. La tercera, por guarda del Rey, e de si mismos, porque quanto el Señorio fuesse mayor, tanto podrian ellos mejor guardar al Rey, e a si. E porende pusieron, que quando el Rey fuesse finado, e el otro nueuo (1) entrasse en su lugar, que luego jurasse, si fuesse el de edad de catorze años, o

testamenti vide in l. post legatum, §. amittere, ff. de his que ut indign.

LEX V.

Rex pubes, vel pro impubere tutores, et etiam ipse post pubertatem, jurent regnum non dividere, neque alienare. Item jurent vassalli, qui cum Rege fuerint, de conservando vitam et commodum Regis, let quod dominium sit unum semper servabunt, et quod neque dicto, neque facto erunt, ut dividatur vel alienetur; et de hoc facient homagium, tam ipsi, quam alii Prælati et proceres regni, et alii generosi, et cives honorabiles civitatum et villarum, qui debent ad hoc ad curiam venire impedimento cessante, alias facient homagium et juramentum in manibus illorum, qui ad hoc à Rege fuerint deputati. Cæteri verò cives regni, quia esset difficile ad Regem venire, aggregari debent ad concilium, et aliquos deputent, qui istud homagium faciant, quibus facientibus, omnes alii cives levantes manus consentiant; in locis tamen qui sunt Dominorum, non fit hoc homagium, sed Domini eorum facient pro se, et suis: et qui unitatem et individualitatem regni non servaverint, et dividere volentibus non prohibuerint, quantum possibile eis sit, proditionem faciunt: potest tamen Rex aliquas terras donare, retentis sibi, quod donatarius guerram et pacem faciat ad justam Regis, et quod ibit in ejus exercitum, et quod currat ibi ejus moneta, deturque Regi in illis, prout aliis in locis sui domini; et retenta ibi justitia integrè: et appellacionibus, atque venis metallorum, quæ, etsi non reserventur expresse, habentur pro reservatis, nisi specialiter aliquid ex prædictis donatio concesserit; sed neque tunc habebit, nisi ad vitam Regis donantis, nisi per successorem confirmetur. Hoc dicit.

(1) *El otro nueuo.* Et ista juramenta et homagia debent fieri ventri, si est in utero, vide Bald. in l. qui in utero, ff. de statu homin.

(2) *Que nunca en su vida.* Hæc enim jurant Principes, etiam assumuntur ad regnum, ut in cap. intellecto, de jurejur. et loquitur ista lex, quando totaliter Rex alienando à se expropriat, et in aliud dominium transfert; non enim potest Princeps regnum subijcere servituti, neque aliquid ex regno totaliter posset alienare, ut plenè adducit Bald. in præc. ludiis feud. column. 8. vers. expedida diffinitione; quod enim Rex seipsum mutilet, id est, membra imperii à se amputet, dicere, esset species fatuitatis secundum eum, et hoc

dende arriba, que nunca en la vida (2) departiesse (3) el Señorio nin lo enajenasse. E si non fuesse desta edad, que fiziessen la jura por el, aquellos que diximos en la ley ante desta, que le han de guardar: e el, que la otorgasse despues, quando fuesse de la edad sobredicha: e todos los que se acertassen y con el, que jurassen de guardar dos cosas. La vna, aquellas que tañen a el mismo, assi como su vida, e su salud, e su honrra, e su pro. La otra, de guardar siempre, que el Señorio sea vno, e que nunca en dicho, nin en fecho consicntan (4) nin fagan, por que se enajene, nin parta. E desto deuen fazer omenaje (5) los mas honrrados omes del Reyno, que y fueren, assi como los Perlados (6), e los Ricos omes, e los Caualleros, e los fijosdalgo (7), e los omes buenos de las Cidades, e de las Villas. E esto mismo deuen venir a fazer los otros que se non acertassen y. Fuera ende, si algunos ouiessem enfermedad, o otro tal embargo, por que non pudiessen y ser. Ca estonce deuenlo recibir dellos, aquellos que el Rey embiare señaladamente para esto. E

etiam plenè et eleganter adducit Paul. de Castro consilio 70. 1. volum. incipien. quia frustra disputaretur, column. 3. vers. circa secundum, ubi latè fundat, quod Rex non potest taliter alienare civitates, et castra regni sine consensu omnium principum, et populorum regni, per dict. cap. intellecto, et cap. non liceat Papæ, 12. quest. 2. et etiam de consensu illorum populorum, qui sunt in terris donatis, sine quorum consensu non possunt in alios transferri, l. incitius, et quod ibi notatur, ff. de fideicommiss. libert. et idem voluit Alexand. cons. 24. 5. volum. col. fin. imò plus voluit ibi Paul. de Cast. et reputo notandum, quod etsi de consensu omnium prædictorum taliter fieret alienatio, adhuc tamen non valeret in præjudicium posterorum illorum consentientium; nam constitutio regni, seu monarchiæ, que dicitur fuisse facta de jure gentium, ut in l. ex hoc jure, ff. de just. et jur. non solum fuit facta pro illis, qui consenserunt, sed etiam pro posteris eorum: unde licet consentientis potuerint consentire in eorum præjudicium, non tamen in præjudicium posterorum suorum, qui non erant habituri ab illis consentientibus, sed à primis progenitoribus, qui regnum constituerunt, et à jure gentium, per fundamenta, de quibus ibi per eum, signanter per textum, quem dicit notabilem in l. 3. in fin. ff. de interd. et relegat. l. si arrogator, §. sed an impuberi, in fin. ff. de adoption.

(3) *Departiesse.* Adde l. 13. tit. 23. cad. Partit.

(4) *Consicntan.* Quid si de facto consentirent, vide quæ dixi in gloss. præced.

(5) *Omenaje.* Et sic ultra juramentum debent facere homagium.

(6) *Los Perlados.* Nota, quod etiam episcopi jurant Regi fidelitatem: idem dicit gloss. in cap. fin. 22. quest. fin. quod Episcopi jurant Imperatori fidelitatem; nam in hoc regno communiter Episcopi habent temporalia à Regibus, ideo jurant, ut in cap. nimis, de jurejur. et in cap. solita, de majorit. et obedient. Sed quid si non habent temporalia à Rege, et quid de aliis clericis, an præstent hoc juramentum fidelitatis Regi? Vide Andr. de Iser. volentem; quod non jurent inviti, in dict. capi. 1. column. fin.

(7) *Los fijosdalgo.* Et nota quod omnes isti jurant, etsi non habeant feuda à Rege; nam duplex est juramentum fidelitatis, unum, quod quis præstat tamquam vassallus et feudatarius, aliud tamquam Regis subditus, ratione originis vel domicilii, et ad istud omnes isti tenentur, et de his duobus habetur in cap. 1. qualiter vassallus jurare deb. fide-

porque todos non podrian venir al Rey, nin seria guisado, para fazer omenaje, deuenlo fazer (8) en cada Villa, en esta manera. Primeramente ayuntando todo el Concejo a pregon ferido (9), e despues dando omes señalados, que lo fagan por todos los otros, tambien omes, como mugeres, grandes e pequeños, assi por los que entonce son biuos (10), como por los otros que han de venir. E este omenaje se deue tomar, ementando y, que el que lo non touiesse, cayesse por ello en tal pena, como si fiziesse la mayor trayzion que podiesse ser fecho. E desde que el omenaje desta guisa fuesse fecho, deue todo el pueblo alçar las manos, e otorgarlo. Pero este omenaje que dezimos, non se entiende, sino de aquellos lugares que son del Rey; mas de los otros que los otros omes ouies- sen por eredamiento en su Señorío, los Seño-

(2) *La pena suya deve ser.* Vide gloss. in cap. quanta, de sentent. excom. vide Bart. in l. culpa caret, ff. de regul. juris.

LEX VII.

Bethica provincia à natura calet, quæ in ea gignuntur, crassiora sunt, et fortioris complexionis, quàm quæ gignit antiqua Castella; unde oportet, quòd pedites, qui sunt in comitiva cum exploratoribus, seu almocadenis, acri, et laboribus illius provincie sint assueti, ut vivere possint: sint etiam celeres, membris benè compositi, benè armati, lanceis, dardais, seu jaculis missilibus, gladiis, pugillaribus:

Peon, buen Almocaden; e del buen Almocaden, buen Almogauar de cauallo, e de aquel, el buen Adalid. E desta manera ha de ser fecho Almocaden. E quien de otra manera lo fiziere, deve perder el lugar que touiere, solo por atreuerse de fazerlo. E de mas ay otra pena, que si algun daño, por atreuerse, viniesse por culpa de aquel Almocaden mal fecho, que deve auer pena el que lo fiziere, segund aquel daño fuesse. Ca si fuere fecho en la manera que sobredicha es, que se deve fazer, non auria culpa ninguna el que lo fiziere Almocaden, si algun yerro fiziesse, mas el mismo deve lacerar por el, segun su fecho. Esso mismo dezimos, si se le desmandassen sus compañeros, que deuen auer pena, segun el daño que viniere por su desmandamiento. Pero entiendese, si el Almocaden non gelo podiesse vedar. Ca el podiendolo vedar, la culpa, e la pena suya deve ser (2).

LEY VII.

Quales deuen ser los Peones por la tierra, e como deuen ser escogidos, e guisados.

La frontera de España (1) es de natura caliente (2), e las cosas que nascen en ella, son mas gruesas, e de mas fuerte complision, que las de la tierra vieja. E porende los Peones, que andan con los Adalides, e con los Almocadenes en fecho de guerra, ha menester que sean fechos, e acostumbrados, e guisados, al ayre, e a los trabajos de la tierra. E si tales non fuessen, non podrian luengo tiempo biuir (3)

sint ballistarum inter eos cum munitiombus ballistarum. Hoc dicit.

(1) *De España.* Nota de Bethica provincia; et Hispania, secundum Isidorum 14. lib. *Etymolog. cap. 4.* habet provincias sex, Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Gallitiam, et Bethicam, et transfreta in regione Africa Tingitaniam.

(2) *Caliente.* Homines ergò illius Provincie erunt audaciores, quam alii, qui nascuntur in terris frigidis, juxta id quod tradit Arist. lib. *Problematum*, section. 14. ubi tradit, quòd frigus adversatur fortitudini, atque audacie, et qui natura sunt frigidi, formidolosiores esse, contra, qui calidi, audaces, et ut tradit Vegetius *de re milit.* lib. 1. cap. 2. omnes nationes, quæ vicinæ sunt Soli nimio calore siccate, amplius sapiunt, sed minus habere sanguinis dicunt, ac propterea constantiam, ac fiduciam cominus non habent pugnandi, quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem habere noverunt; contra septentrionales populi remoti à Solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi: eligendi sunt ergò tyrones de temperatioribus plagis, quibus et copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisque contemptum, et non possit deesse prudentia, quæ et modestiam servat in cistis, et non parum prodest in dimicatione consiliis. Alia etiam commoda, quæ proveniunt ex temperie regionis, vide per B. Thom. lib. 2. *de regim. Princip.* cap. 1. ubi tradit multum conferre ad sanitatem, et longitudinem vite, et ad politicam vitam.

(3) *Biuir.* Nota, contra compellentes Indos frigide re-

sanos, maguer fuessen ardidés e valientes. E porende los Adalides, e los Almocadenes deuen mucho catar, que lleuen consigo Peones en las caualgadas, e en los otros fechos de guerra, que sean usados de guerra, e destas cosas que de suso diximos. E demas, que sean ligeros, e ardidés, e bien facionados de sus miembros, para bien sofrir el afan de la guerra. E que anden siempre bien guisados de buenas lanças, e buenos dardos, e cuclillos, e puñales. E otrosi deuen traer consigo, omes que sepan tirar de ballesta, e que trayan los guisamientos, que pertenescen a fecho de ballesteria, ca estos omes cumplen mucho a fecho de guerra. E quando tales fueren, deuen los Adalides, e los Almocadenes amarlos mucho, e honrrarlos en dicho e en fecho, partiendo bien con ellos las ganancias que fizieren de consuno, assi como delante se muestra. E si por auentura tales Peones como estos que sobredichos son, non pudiessen auer, ante deuen ellos querer entrar en tierra de los enemigos, con pocos Peones, e buenos (4), que con muchos, e malos.

TITULO XXIII.

DE LA GUERRA, QUE DEUEN FAZER TODOS LOS DE LA TIERRA.

Guerra es cosa que ha en si dos cosas. La vna del mal. La otra del bien. E como quier que cada vna destas sean departidas en si segun sus fechos, pero quanto en el nome, e en la manera de como se faze, todo es como vna cosa. Ca el guerrear, maguer ha en si manera de destruyr, e de meter departamento, e enemistad entre los omes; pero con todo esso, quando es fecha como deue, aduze despues paz (1), de que viene asosegamiento, e folgura, e amistad. E porende dixeron los Sabios antiguos, que era bien de sofrir los omes los trabajos, e los peligros de la guerra, por llegar despues por ellos a buena paz, e a folgura. E pues que el mal que ha en ella, aduze bien, e por aquella sospecha se mueuen los omes a fazerla, deuen

gionis transire ad calidas regiones, ex quo multi moriuntur; sunt enim puniendi, quia eos necant.

(4) *Con pocos peones, e buenos.* Et melius est paucos idoneos habere ministros, qui possint opus Dei dignè exercere, quam multos inutiles, cap. *tales*, 23. dist. adde l. fin. §. *eo scilicet observando*, et ibi Joan. de Plat. *C. de re milit.* lib. 12.

TITULUS XXIII.

(1) *Despues paz.* Adde Bald. *de pace tenen. et ejus violat.* in princip. ad fin. et bellum geritur, ut pax acquiratur, cap. *noli*, 23. quæst. 1.

LEX I.

Bellum est pacis segregatio, quietis remotio, compositio.

los omes que la quieren començar, ser mucho enuisos, ante que la comiencen. Onde pues que en el titulo ante deste fablamos apartadamente de los Caualleros, e de los Adalides, e de las cosas que son tenudos de guardar, e de fazer, queremos aqui mostrar, en las leyes deste titulo, de la guerra que conuiene que fagan, tambien ellos, como los otros, catando pro de su tierra en dos maneras. La vna, sabiendola guardar, e defender de sus enemigos. La otra, acrescentandola, ganando de lo suyo dellos. E mostraremos primeramente, que cosa es guerra. E quantas maneras son della. E por que razones deue ome fazerla. E de que cosas deuen estar apercebidos, e guisados, los que la quisieren fazer. E quales deuen ser, los que fueren escogidos para ser Cabdillos de la guerra. E que es lo que deuen fazer, e guardar. E como se deuen acabdillar todos los otros del Pueblo por ellos. E que pro nasce del acabdillamiento. E de si mostraremos, quantas maneras son de hazes. E como se deuen partir, quando ouieren de entrar en fazienda, o en batalla. E otrosi como deuen ser apercebidos los Cabdillos, en acabdillar las huestes, quando van de vn lugar a otro, o quando los aposentan, o quando quieren cercar Villa, o Castillo. E sobre todo diremos de las caualgadas. E de las celadas. E de las algaras. E de todas las otras naturas de guerras, que los omes fazen.

LEY I.

Que cosa es Guerra, e quantas maneras son della.

Los Sabios antiguos que fablaron en fecho de guerra, dixeron, que guerra es (1) estrañamiento de paz, e mouimiento de las cosas quedas, e destruyimiento de las compuestas. E avn dixeron, que guerra es cosa de que se leuanta muerte, e captiuorio a los omes, e daño, e perdida, e destruyimiento de las cosas. E son quatro maneras de guerra. La primera llaman en latin justa (2), que quiere tanto dezir en ro-

torum destructio; et sunt quatuor genera belli, justum, injustum, civile, plusquam civile. Hoc dicit.

(1) *Que guerra es.* Bellum est perditio corporis, et animæ, et homines ad paupertatem perducit. Gloss. in authent. *de armis*, in princ. collat. 6. et in l. unic. *C. public. l. tit. vel consulum nuntiat.* lib. 12. et sex causas, quare inter homines pax servatur, ponit Abb. in cap. *Pisanis*, 1. notab. *de restit. spoliator.*

(2) *Justa.* Quinque requisita, ut bellum sit justum, vide Bald. 5. volum. consil. 439. persona scilicet, res, causa, animus, auctoritas. Persona, id est, quæ sit sæcularis, non ecclesiastica. Res, ut fiat pro rebus repetendis, et patriæ defensione. Causa, ut propter necessitatem pugnetur, unde dicit Aristoteles, fac ut bellum sit ultimum opus tuum. Animus, ut non fiat propter odium, vel insatiabilem cupiditatem. Auctoritas, quia sine auctoritate Principis non

mance, como derechurera. E esta es, quando ome la faze por cobrar lo suyo (3) de los enemigos, o por amparar a si mismos, e a sus cosas dellos. La segunda manera llaman en latin injusta (4), que quiere tanto dezir, como guerra que se mueue por soberuia, e sin derecho. La tercera llaman civilis (5), que quiere tanto dezir, como guerra que se leuanta entre los moradores de algund Lugar, en manera de bandos, o en el Reyno, por desacuerdo que ha la gente entre si. La quarta llaman plusquam civilis, que quiere tanto dezir, como guerra en que combaten, non tan solamente los Cibdadanos de algund Lugar, mas aun los parientes de un lugar vnos con otros, por razon de bando. Assi como fue entre Cesar (6), e Pompeo, que eran suegro, e yerno. En la qual guerra los Romanos guerreaun los padres contra los fijos, hermanos contra los hermanos, teniendo los vnos con Cesar, e los otros con Pompeo.

potest bellum indici, et vide Andr. de Iser. in cap. *domino guerram, hic finitur lex, et consuetudin. regni incip.* et S. Thom. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. ubi ponit tria requisita. Principis scilicet auctoritas, causa justa, intentio bellantium recta, et quinque, quæ ponit Baldus ad hæc tria referuntur: et de Papa indidente bellum contra scismaticos, vel hæreticos, seu contra jura, et libertatem ecclesiæ usurpantes, vide Joan. de Plat. in l. 1. *C. ut armor. usus*, lib. 11.

(3) *Por cobrar lo suyo.* Nota tamen, quod solum est licitum persequi per pugnam, quod debitum est de jure gentium, quia hoc habet naturalem æquitatem; secus si sit debitum de jure gentium, puta ex injusta sententia, vel ex chirographo post biennium, vel ex iniquo statuto, vide Bald. in authent. *sed omnino*, col. 6. *C. de action. et obligat.*

(4) *Injusta.* Bella injusta sunt quedam latrocinia, Bald. in cap. *domino guerram*, in princ. *hic finitur lex*, et quot modis dicatur bellum injustum, vide Gloss. 23. quæst. 2. in summa.

(5) *Civilis.* Et capti in isto bello, non sunt servi capiendum, secundum Bald. in l. unic. in princ. *C. de caduc. toll.* quia non sunt propriè hostes, sed partiales, quia Civitas divisa est in partes, l. *si quis ingenuam*, §. *in civilibus*, ff. *de captiv.* et ubi est ista divisio, accidit eodem modo, quo in arbore, si scinderetur per medium, vel præcinderentur ejus rami, quia cito desiccaretur: in tali enim morbo abscinduntur nervi civitatis, id est, magni cives, unde civitati venit spasmus, et plerumque inducitur ad necessitatem tyrannidis, sicut experientia docet; quia imperitum, et ignobile vulgus non diu sustinet pressuras, et dicebat quidam sapiens Januensis, quod divisio in civitate est vermis ingressus in casco, hæc Bald. ubi suprâ, vide l. 3. tit. 19. suprâ ead. *Partit.*

(6) *Entre Cesar.* Et odio bellorum civilium delatum fuit Cæsari Augusto Romanum Imperium, secundum Ambros. super Psalm. 45. column. penult.

LEY II.

Bello justo Deus auxiliatur, et qui gerit tale bellum, fit audacior, et fortior, et amici provocantur ad juvamen, inimici consternantur: et justum bellum est, quod fit ob augmentum fidei, et ad destructionem inimicorum illius; et quod fit ob domini sui custodiam, honorem, et servitiam; et quod fit ob patriæ defensionem; et purgandum est regnum à malis hominibus. Hoc dicit.

(1) *Grandes tres bienes.* Si bellum est justum, oriuntur bona, quia rebelles reducantur ad debitum rationis, vi-

LEY II.

Por que razones se mueuen los omes a fazer guerra.

Mouer guerra, es cosa en que deuen mucho parar mientes, los que la quieren fazer, ante que la comiençen, porque la fagan con razon, e con derecho. Ca desto vienien grandes tres bienes (1). El primero, que ayuda Dios mas porende a los que assi lo fazen. El segundo, porque ellos se esfuerçan mas en si mismos, por el derecho que tienen. El tercero, porque los que lo oyen, si son amigos, ayudanlos de mejor voluntad; e si enemigos, recelanse mas dellos. E este derecho, segund mostraron los Sabios antiguos, sobre que la guerra se devia fazer, es sobre tres razones (2). La primera, por acrescentar el Pueblo su Fe (3), e para destruyr los que la quisiessen contrallar. La segunda, por su señor, queriendole

de Bald. in l. *ex hoc jure*, column. 3. ff. *de justit. et jur.*

(2) *Tres razones.* Tredecim ponit Lucas de Penn. in l. unic. *C. ut armor. usus*, lib. 11. allegans auctoritates sacræ Scripturæ, sed in effectu possunt ad istas reduci; vide ibi per eum, column. 3.

(3) *Acrescentar el Pueblo su Fe.* Adde cap. *si non*, 23. quæst. 4. justa ergò ratione bellum fit in Indios maris Oceani, ut fides Christiani nominis augmentetur; sed obstat, quod ad fidem Christi nullus est cogendus, ut in cap. *ad fidem*, 23. quæst. 5. cap. *de Judæis*, 45. dist. et ut tradit Thom. de Vio, Card. Cajetan. super 2. 2. S. Thom. quæst. 66. super 8. art. v. *circa primum*, contra illos Paganos, qui nunquam Imperio Romano subditi fuerunt, terras inhabitantes, in quibus nunquam fuit Christianum nomen, nullus Rex, nullus Imperator, neque ecclesia Romana potest movere bellum ad occupandas terras eorum, aut subiendum eos temporaliter; quoniam secundum eum nulla subest causa justa belli, cum Jesus Christus, Rex Regum, cui data est omnis potestas in cælo et in terra, miserit ad capiendam possessionem mundi, non milites armata militiæ, sed sanctos prædicatores, sicut oves inter lupos. Unde neque in Testamento veteri, ubi armata manu capienda erat possessio terræ infidelium, dicit ipse, quod non legit indictum bellum aliquibus, propter hoc, quod non erant fideles, sed vel quia volebant dare transitum, vel quia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent sua divina largitione concessa. Unde dicit ipse, quod gravissimè peccaremus, si fidem Christi Jesu per hanc viam ampliari contenderemus, neque essemus legitimi domini illorum, sed magna latrocinia committeremus, et teneremur ad restitutionem, utpote injusti debellatores, aut occupatores. Mittendi essent, secundum eum ad hos, prædicatores, boni viri, qui verbo, et exemplo converterent eos ad Deum, et non qui eos oppriment, spoliarent, scandalizent, subjiciant, et duplo gehennæ filios faciant, more Pharisæorum. Joan. verò Majoris in 2. *sententiar.* dist. 44. quæst. 3. in specie tangit de his terris Indiorum à nostris occupatis, et dicit, quod cum lingua hispanicam non intellexerunt, neque concionatores verbi divini sine magno milite admitterent, necesse erat, arces munitas hic, et illic extruere, ut successu temporum effrænus populus ad mores Christianorum assuesceret, et intelligendo se mutuo: et quia in omnibus istis faciendis, secundum eum magnæ requiruntur expensæ, quas Rex alius non ministrat; licitum est ergò secundum eum, illas capere, quia alius hoc velle rationabiliter debet; et tunc cum populus fuerit Christianus, si eorum Rex antiquus fidem non suscepit, deponendus est, cum potest vergere in jacturam fidei, et hoc

vult ille populus, si benè christianitatem suscepit, et si adhuc populus illam velit habere Regem, signum est, quòd non sincerè fidem suscepit, et tunc non est relinquendum ei regnum: et quia non decet Regem infidelem habere populum Christianum, cum per munera, et honores potest eos à fide auertere. Si tamen ipse Rex antiquus fidem velit suscipere cum aliis, non videt (dicit ipse) cur deponendus sit, solvendo pro impensis assumptis, et hoc si prudens fuerit, nisi timeatur de lapsa in infidelitatem. Et si in talibus terris non erat regimen regale, sed politicum, capiens mutare potest ipsam politicam, et dignum est pro plantatione fidei, quòd ipse regnum capiat. Subdit etiam, quòd et aliud est pro hoc, quia populus ille bestialiter vivit, citra ultraque æquatorem, et sub polis vivunt homines ferini, ut in Quatripartito dicit Ptolomæus; dicit etiam, hoc jam experientia compertum esse, quare primus occupans justè eis imperat, quia natura sunt servi, ut tradit Philosoph. 1. *Politicoorum*, cap. 3. et 4. hæc Joan. Majoris, Hostiens. post plenè relata verba Innoc. in cap. *quod super his*, de voto, in questione ista, utrum dominium, et jurisdictio sit apud infideles, et an justè possint debellari; dicit, sibi videri, quòd in adventu Christi omnis honor, et omnis principatus, et omne dominium et jurisdictio, de jure et ex justa causa, et per illum qui supremam manum habet, neque errare potest, omni infideleli subtracta fuerit, et probari dicit Ecclesiastic. cap. 10. v. 8. "Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, et injurias, et contumelias, et diversos dolos;" quòd vero factum sit, comprobari dicit in cap. *translato*, de *constit.* et hoc in personam Christi, filii Dei vivi, qui non solum sacerdos fuit, sed etiam Rex, Luc. cap. 1. v. 31. 32. et 33. ibi: "Ecce concipies in utero (usque ibi), et Regni ejus non erit finis." Unde et ipse dixit, auferetur à vobis Regnum, et dabitur genti facienti fructus ejus. Hujus autem regni, et sacerdotii principatum perpetuum commisit filius Dei Petro, et successoribus ejus. Unde dicit ipse, quòd constanter asserit, quòd de jure infideles debent subijci fidelibus, non è contra, ut patere dicit in eo, quòd legitur, et notatur in cap. 1. in fin. et cap. *multorum*, et cap. *etsi Judæos*, §. *inhibemus*, de *Judæis*, et subdit: quòd concedit infideles, qui dominium ecclesiæ recognoscunt, esse ab ecclesia tolerandi, neque ad fidem præcisè cogendi sunt, ut dictum est suprâ; et quòd tales etiam possunt habere possessiones, et colonos christianos, et etiam jurisditionem ex tolerantia ecclesiæ: alios autem infideles, qui neque potestatem ecclesiæ Romanæ, neque dominium recognoscunt, neque ei obediunt, judicat indignos regno, principatu, et omni jurisditione: et cum dictis Hostiens. transit Oldrald. consil. 72. et simpliciter recitando transit Petrus de Anchar. in dict. cap. *quod super his*, licèt in regul. *peccatum*, de *regulis juris*, lib. 6. ubi latius istam materiam tangit, dicit, quòd ex ista opinione Hostiens. sequi possunt multa absurda, et quòd stante ista varietate inter Innoc. et Hostiens. Doctores illustres, standum esset declarationi Papæ. Cardin. etiam in dict. cap. *quod super his*, deviare videtur à dicto Hostiens. et vult infideles capaces esse domini, et quòd ipsi infideles non admitterent illam rationem, quòd Christus dominium Orbis habuit; et subdit, quòd in talibus non est de facili præcipitanda sententia. Anton. de Butr. ibidem simpliciter transit, recitando verba Hostiens. Abb. Panorm. recitatis breviter opinionibus Innoc. et Hostiens. subdit, quòd pro opinione Innoc. facit cap. *dispar*, 23. quæst. 8. pro opinione Hostien. cap. *si de rebus*, 23. quæst. 7. in neutram partem se inclinans; et contra opinionem Hostien. facit etiam, quòd habetur Deuteron. cap. 2. v. 5. ubi Deus prohibuit populo Israhelico, ne debellaret gentiles habitantes in monte Scir; et cum ista gens Indorum nunquam fuerit infesta nomini christiano, neque constat habuisse notitiam nominis christiani, usque ad tempora ista, in quibus dignatus est Deus terras illorum christianis Hispaniæ ostendere, temperandum videtur à bello. Et licèt in aliquibus terris eorum repertus sit idolatriæ cultus, monendi prius essent per Papam, seu ejus ministros, et præcipiendum eis, ut desisterent ab idololorum cultura, vel ab alio vitio contra naturam, et si non obedirent, tunc posset contra tales idolatras, vel delinquentes aliàs contra legem naturæ, invocari per Papam auxi-

lium brachii sæculari, et indicare contra eos bellum: non aliàs, juxta dicta Innoc. quèr cæteri Doctor. sequuntur in dict. cap. *quod super his*. Præterea dictum Philosophi, 1. *Politicoorum*, de quo suprâ, non quadrat benè in ista gente Indorum; non est enim ita ferina et bestialis, quòd ratione careat; imò sunt homines rationabiles, et politia regimini reperta est inter eos, et in operibus et artificijs fabrilibus multa dexteritas; neque vivunt ultra citraque æquatorem sub polis, ut dixit Joann. Majoris, imò juxta æquatorem, et sub æquatorem multi populi in terra grata, et fertili, et temperata sunt; si aliqua stultitia, vel stupiditas reperta est in eis, attribuenda potius infidelitati, juxta id, quòd habetur in Epistola Pauli ad Rom. cap. 1. quàm carentiæ humanæ rationis: dicit etiam S. Greg. 31. *Moral.* cap. 31. quòd ex vitio luxuriæ oritur cæcitas mentis, et ex vitio gulae hebetudo sensus circa intelligentiam, et tradit S. Thom. 2. 2. q. 15. art. 1. et 3.

Advertendum tamen est in facto pro hujus questionis resolutione, dominium, et jurisdictionem illarum terrarum ignotarum concessam fuisse Principibus nostris Castellæ, et Legionis Regibus, per sedem Apostolicam, ut plenè patet ex Bulla concessionis Alexandri VI, et sic videtur Papam sequutum fuisse opinionem Hostiens. in universali dominio, et jurisdictione illarum terrarum; et facit ad hoc, quòd habetur in Extravagan. *unam sanctam*, et moris est Papæ concedere Principibus christianis regna infidelium, necnam eorum, quæ sunt terre Sanctæ, seu eorum, quæ olim subjecta fuerunt Imperio Romano, ut tradunt Bart. et Doctor. in l. *liber homo*, ff. de *verb. oblig.* sed etiam terrarum infidelium incognitarum usque adhuc; et de ejus potestate non est disputandum, ut in terminis tradit Bart. in suo tract. de *Insula*, super verbo *nullius*. Standum ergo concessioni, et decisioni Papæ inter istam varietatem opinionum, prout et dixit Petrus de Anchar. in dict. regul. *peccatum*, ut dixi suprâ; facit ad ista, quòd tradit B. Thom. in suo tractat. de *regim. Princ.* lib. 3. cap. 19. ubi tractat de plenitudine potestatis Papæ in transferendo imperium de una natione ad aliam, seu de uno in alium, ubi ad finem dicit, quòd in duobus ampliatur potestas Papæ, vel ratione delicti, vel ad bonum totius fidei; et adducit auctoritatem Hieremæ Prophætæ, cum in persona Vicarii dicitur cap. 1. v. 16: "Ecce constitui te super gentes, et regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, ac dissipas," quòd ad rationem delicti secundum eum referimus, ubi in quatuor illis vocabulis diversa genera peccatorum accipimus, quæ infligi possunt unicuique fideli, sive subdito: cum dicit, *super gentes*, sive dominium, cum dicit, et *super regna*, et cum postea ibidem dicitur, *ut edifices, et plantes*, accipimus secundum eum ampliatam potestatem Summi Pontificis, quòd ad providentiam Vicarii Christi pertinet, providere pro bono universalis ecclesiæ. Moveri ergo possunt isti Indi, ut recognoscant dominium ecclesiæ Romanæ, et Principum Castellæ, quibus concessa sunt eorum regna; et si nollint, videtur posse eis indicere bellum, non cogendo eos invitos ad fidem, quia in hoc libera Dei vocatio expectanda est, ut in cap. *qui sincera*, et in dict. cap. de *Judæis*, 43. dist. sed ad recognitionem dicti domini; quo recognito, et Principibus eorum subjugatis, liberè admittent prædicatores verbi Dei, quos aliàs non admitterent, imò illuderent et occiderent. Item, et pro opinione Hostiens. benè facit iudicio meo dictum cap. *dispar*, 23. quæst. 8. licèt Abb. dixerit facere pro opinione Innoc. in eo enim sic habetur: "dispar nimirum est Judæorum, et Sarracenorum causa: in illos enim qui Christianos persequuntur, et ex urbibus, et proprijs sedibus pellunt, justè pugnatur: hi verò ubique servire parati sunt," et sic, quia recognoscunt dominium ecclesiæ, et Principis christiani; à contrario ergò si non recognoscerent, et servire parati non essent, justè indiceretur in eos bellum, sicut in Sarracenos. Benè etiam facit dict. cap. *si de rebus*, ibi, cum dicit: ad omnes impios et iniquos illa vox Domini pertinet: "Aufertur à vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti justitiam," et inferius cum dicitur: "alioquin et primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui divina potestate ab eorum facie, quia ea terra malè utebantur, expulsi sunt;" et sicut bellum, quòd geritur auctore Deo, est justum, ut in cap. *Dominus noster*, 23. quæst. 2. sic, et

quod geritur auctore Papa, qui vicem Dei gerit in terris, ut in cap. *ad Apostolica*, de re judic. lib. 6. Et in ista opinione fundata fuit illa antiqua instructio, data à Regibus Hispaniæ euntibus in conquestam terrarum illarum, ordinata ad finem recognitionis hujus Domini Christi, et Papæ ejus Vicarii, et ut tali dominio recognito arceri possint à sceleribus suis, ut terram, in qua degant, amplius non polluant, idolatrando, et carnes humanas comedendo, et aliis vitiiis: et id quod Cajetanus dicit, quòd Christus non misit armatam militiam, sed prædicatores sanctos, sicut agnos inter lupos, non videtur esse trahendum ad ista tempora, cum tunc ecclesia non plantata, et viribus humanis destituta, non aliter nisi vi divina capi poterat mundi possessio; nunc verò, jam plantata fide, via humana etiam incedendum est, quatenus fieri possit, et non tentare Deum miracula requireres; bene conferunt ad hoc verba pulchra Beati Augustini, de quibus in cap. *dispicit*, 23. quæst. 4. §. *repetis*, cum dicit: non attendis, quia tunc primùm ecclesia novello germine pullulabat, nondumque completa fuerat illa prophetia: "Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Reges servient ei," quod utique quanto magis completur, tanto majori utitur ecclesiæ potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum: nam apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, boni sublevantur, 23. quæst. 1. cap. *apud veros*. Quid enim faciet ecclesiæ medicina, salutem omnium matera charitate conquiens, tamquam inter phreneticos, et læthargicos æstuans? Numquid contemnere, numquid desistere vel debet, vel potest? Utrisque, si necesse est, molesta est, quæ neutris inimica est; nam et phrenetici nolunt ligari, et læthargici nolunt excitari, sed perseverare debet diligentia charitatis phreneticum ligare, læthargicum stimulare, ambos amare; ambo offenduntur, sed ambo diliguntur; ambo molestati, quandiu ægri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur, cap. *quid faciet*, 23. quæst. 4. Quod ergo in hac lege dicitur de bello inferendo ea ratione, ut fides augmentetur, intelligendum videtur secundum hoc, non quòd principaliter belletur, cogendo infideles ad fidem, seu ut cogantur ad fidem, sed ut recognoscant dominium Christi, et ecclesiæ Romanæ; et sic ex consequenti admittent prædicatores verbi Dei, et fides augmentabitur, et infideles Christo lucrifaciemus: in modo tamen belli inferendi in hoc repertus est abusus, et propter abusum multæ violentiæ, et latrocinia commissa; unde quotidie in consilio regio Indiarum tractatur de talibus instructionibus, ut consonent juri, et aequitati, et tales dantur euntibus in talem conquestam, ut non subito prorumpatur in bellum, et rapinas, aliasque violentias, et excedentes à talibus instructionibus, gravissimè debent puniri, ita ut cæteri deinceps arceantur à talibus excessibus; et maximè jam deinceps, cum in laudem Dei in illis partibus jam sit prædicata, et plantata fides, et prædicatores habent peritiam linguæ: et convicini, qui adhuc non audierunt verbum Dei, faciliiori, et tutiori modo nunc possunt prædicari, et instrui, quam in initio poterat fieri; et sic etiam absque bello adducuntur ad fidem Christi, et ecclesiæ Romanæ obedientiam, et Regis nostri. Unde cavendum est à bello, quatenus fieri possit, propter belli, et avaritiæ nostrorum innumerabilia damna et incommoda, et ne gentes illæ potius scandalicentur, quam instruantur. Permaximè autem in hoc advertendum est, quòd dicta Hostiens. de bello inferendo propter recognitionem domini ab ecclesia, non carent scrupulo, et contra eum tenet Salicet. in summ. in parte *infidelitas*, vers. antepenult. tenens cum Innoc. et movetur ex dictis S. Thom. 2. 2. in dict. quæst. 66. dicentis, infideles tunc injustè tenere dominia, quando per leges terrenorum Principum amittere jussi sunt; et ideo ab eis possunt per violentiam subtrahi, non privata auctoritate, sed publica: et supplet ad S. Thom. ex dictis Innoc. quòd dupliciter dicuntur detinere injustè secundum Innoc. vel quia ea surripuerunt à christianis, vel quia per dominos fideles potestatem habentes super eos, condemnati sunt pro delictis eorum, de quibus eos punire possunt. Adverte etiam, quia et hoc contra Hostiens. est de mente S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 10. vers. *dicendum*, cum dicit B. Thom. quòd dominium, vel prælatio introducta sint de ju-

re humano, distinctio autem fidelium est ex jure divino; jus autem divinum, quod est ex gratia, non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione. Et ideo secundum eum, distinctio fidelium, et infidelium secundum se considerata, non tollit dominium, et prælationem infidelium supra fideles, in dominio jam præexistenti; potest tamen jus per sententiam, vel ordinationem ecclesiæ auctoritatem Dei habentis, tale jus domini, vel prælationis tolli, quia infideles merito suæ infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei.

Sed hoc ecclesia quandoque facit, quandoque non facit, ut ibi latius per eum. Et sic ex mente S. Thom. satis apparet, quòd non liceat tollere dominium infidelium supra alios infideles, prout in casu nostro, quòd jus divinum in hoc non abstulit infidelibus dominium et prælationem, quod eis competeat ex naturali ratione super suos subditos: apertius etiam vult S. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 2. ubi tradit, quòd Princeps christianus, si apostasiam à fide committat, privari potest dominio per ecclesiam, sicut et posset pro aliis culpis; et statim subdit: ad ecclesiam autem non pertinet punire infidelitatem in illis, qui numquam fidem susceperunt, secundum illud Apostol. 1. ad Corint. cap. 5. v. 12. "Quid enim mihi de iis, qui foris sunt judicare?" Et ad illam auctoritatem, quæ lavere videtur dictis Hostiens. Matthæi cap. fin. v. 18. "Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra," potest dici, quòd intelligatur, prout dicit ibi glossa interlinearis, et fuit dictum B. Hieronimi, id est, ut qui ante regnabat in caelo, per fidem regnet in terris: et etiam Albertus Magnus in expositione dictorum verborum, dicit: data est mihi omnis potestas, et non potentia; quia potestas nomen est civile, et dicit potentiam stantem ad juris ordinem. Et sic quatenus ordinatur ad promulgationem fidei et Evangelicæ doctrinæ, omnem potestatem habebit Papa, non ut temporaliter subjiciat infideles, prætendens, ut recognoscant dominium ecclesiæ; licet enim Christus, etiam in quantum homo, ab instanti suæ conceptionis fuit dominus universorum, noluit tamen regnare armato milite; patet, cum dicit: "Regnum meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset, ministri mei, utique decerant, etc." Joan. cap. 18. v. 36. ubi glossa ordinaria dicit, hoc est, quòd nos scire voluit. Sed prius vicissim interrogando voluit ostendere, quæ esset de regno suo hominum opinio, Judæorum, vel Gentilium, qua ostensa utrique apertius respondet, *Regnum meum non est de hoc mundo*, ne vanè timeatis, et serviatis, sed ad regnum cælestè credendo venite: dicit etiam Nicol. de Lyra nunc autem *regnum meum non est hic*, id est, quantum ad temporalia ista quærenda. Sed contra hoc videtur, dicit ipse, Psalm. 46. v. 3. *Quoniam Rex omnis terræ, Deus*, ipse autem est verus Deus, sicut verus homo: dicendum, quòd secundum veritatem divinitatis, omnia sunt subjecta Christo; tamen quantum ad humanitatem in primo adventu suo, non venit ad dominandum temporaliter, sed magis ad serviendum, et patiendum; hæc Nicolaus. Facit etiam, et illud hymni Epiphaniæ qui decantatur ab universali ecclesia: "Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non arripit mortalia, qui regna dat cælestia." Dicit etiam B. Augustin. in dicto Joan. 18. cap. audite ergo, Judæi, et gentes, audi circumcisio, audi præputium, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo, regnum meum non est de hoc mundo, nolite metuere meta vanissimo, quo Herodes ille major, cum Christus natus annuntiaretur, expavit, et tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, tinendo magis, quam irascendo crudelior: regnum (inquit) meum non est de hoc mundo, quid vultis amplius, venite ad regnum, quod non est de hoc mundo, venite credendo, et nolite servire metuendo: et inferius subdit: non ait, regnum meum non est *hic*, sed non est *hinc*; hic est enim regnum ejus usque in finem sæculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem; messis enim finis est sæculi, quando messorum venient, id est, Angeli, et tollent de regno ejus omnia scandala, quòd utique non fiet, si regnum ejus non esset hic; sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Præterea non ita indistinctè est dicendum, quòd Papa in omnibus habeat eandem potestatem, quam habeat Christus. Unde dicit Hostiens. in summ. *de penitent. et remission. dum*

allegat in lin. column. *illius operis*, auctoritatem illam: *Constitutus est à Deo iudex uisorum, et mortuorum*, quòd illud uerbum *constitutus* non facit relationem ad Papam, sed ad Christum.

Ad concessionem Alexand. potest dici, quòd non per hoc Papa uisus fuit approbare opinionem Host. ex illa generali concessione, cum talis decisio egeret magno consilio, et deliberatione, et quòd illa concessio intelligatur servatis seruandis, et in casibus, in quibus licita esset concessio, et belli iudicio, juxta ea quæ dixi, et inferius dicam ex dictis Innoc. et aliis. Temperandum ergo est à bello, quatenus possibile sit, et non est fidendum dictis Hostiens. de quibus supra, et potius adhiærendam dictis Innoc. Et illa auctoritas, *Exi in sepes, etc. Et compelle eos intrare*, intelligitur de hæreticis, ut in cap. *ipsa pietas*, 23. quæst. 4. et tradit Innoc. in cap. *maiores, de baptism.* S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 8. 11. et 12. Et si obijciatur de Paulo percusso in uia, et quodam modo coacto ad fidem, de quo habetur in cap. *quis non*, 23. quæst. 4. qui tamen adhuc fidem non susceperat; respondentur, ut Glossa ibi dicit, quòd illud sola diuina uoluntate fuit, nam nullus cogitur recipere fidem, ut in dict. cap. *de Iudæis*; vel potest dici, quòd Paulus ante conversionem reuertebatur fidei Christianæ, susceptæ per eum in figura: nam ut dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 5. quando reuertitur fidei nondum susceptæ, dicitur infidelitas Paganorum, siue Gentilium; quando uerò reuertitur fidei Christianæ susceptæ, uel in figura, et sic est infidelitas Judæorum, uel in ipsa manifestatione ueritatis, et sic est infidelitas hæreticorum: et grauior est infidelitas Judæorum, quàm Gentilium; quia licet Judæi fidem Euangelii nunquam susceperunt, sed quia susceperunt eam figuram in ueteri lege, quam malè interpretantes corrumperunt, eorum infidelitas est grauior, quàm Gentilium, ut tradit idem Sanctus Thomas ibidem artic. 6. prima tamen responsio melior est.

Allons. etiam de Caste. in tract. *de iusta Iueticorum punit.* lib. 2. cap. 14. in prima belli causa, quam adducit, scilicet contra idolatras, allegato jam per eum cap. 12. Deuter. v. 2. ibi: *Sabuerit de omnia loca, etc.* subdit: et testimonio hujus præcepti diuini fretus ego sentio iustum esse bellum, quod Catholici Hispanorum Reges contra barbaras gentes, et idolatras, quæ Deum ignorabant, uersus occidentem, et austrum inuentas, ante aliquot annos gesserant, et nunc etiam gerunt; hæc tamen conditione bellum illud iustum esse conseo, si antequam Reges contra illos bellum moueant, procurent diligenter, et fideliter illos monere, ut falsorum deorum cultum deserant, et Deum uerum, qui est cunctorum creator et rector, adorent; quam monitionem si ibi receperint, quamuis baptismum recipere nolint, non credent, iustè posse bellum contra illos moueri. Si autem tali monitioni obtemperare noluerint, sed obstinati in suo errore persistierint, præsertim si uerbi Dei prædicationem impediant, tunc iustum esse, quòd ob hanc causam contra illos geratur bellum; quia omnes illæ gentes, ut experientia conuertitur est, idolatriam exercent, et multa alia contra legem nature nefanda committunt. Nam quemadmodum Deus olim filiis Israel contra Jebuseum, et alias idolatras gentes fieri præcepit, ita nunc et contra has gentes similibus uitiis, et criminibus infectas fieri expedit; et sic, ut uides, adhiæret dictis Innocent. Concessio igitur Pape, de qua supra, intelligenda uidetur juxta dicta Innoc. ut servatis seruandis bellum inferatur, et amisso dominio Principum infidelium, propter eorum delictum, et cum moniti non desistant, Rex Hispaniæ succedat in illo ex concessione Pape, et propter laborem, et expensas belli, juxta dicta Joann. Major. de quibus supra. Et dicta S. Thom. procedunt; cum Papa disponit inter subditos fideles, ut latè patet ex uerbis ejus in dict. cap. 19. Et ad cap. *si non ex filiis*, 23. quæst. 4. uerendum, quòd ibi B. Gregor. non decidit aliquid circa causam iusti belli, quòd gerebat Genandius in gentes, de quibus ibi, sed tantum commendat ejus rectam intentionem in bellis, scilicet, quòd non desiderio fundendi sanguinis, sed dilabandæ tantum causa reipublicæ, ut sic ex consequenti in subditas gentes fidei prædicatione descurrat: certum est enim, quòd in bello tria requirantur: Principis scilicet auctoritas, causa iusta, recta intentio; de isto ultimo tantum disserit S. Gregor.

Et posteaquam hæc scripseram uenit ad manus quod in materia ista scriptis tradiderat Franciscus à Victoria, Frater Prædicatorum, qui cathedram primariam Theologiæ rexit Salmanticæ, uir doctissimus, in relectione sua super uerbo illo Math. cap. fin. v. 19. "Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti," ubi postquam ostenderit, Indos istos habuisse, et habere dominium suarum rerum, et ueros esse dominos, neque ad id obstare, quòd per aliquos adducebatur, istos propter amenciam, et imbecillitatem, seu eorum hebetudinem, juxta dictum Philosophi dicentis, quòd aliqui à natura sunt serui, ostenderitque istos Indos secundum rei ueritatem non esse amenciam, sed habere pro suo modo usum rationis; cum habeant ordinem aliquem in suis rebus, postquam habent ciuitates, et matrimonia, magistratus, dominos, leges, opificia, et commutationes, quæ omninò requirunt usum rationis. Item religionis speciem, et quia non errant in rebus, quæ aliis sunt euidentibus, quòd est iudicium usus rationis; tradens etiam, quòd Deus et natura non deficient in necessariis pro magna parte speciei, et præcipuum in homine est ratio; et quòd frustra est potentia, quæ non reducit ad actum. Unde quòd isti Indi uideantur insensati et hebetes, ufat ipse, ex maxima parte esse ex mala educatione, cum etiam apud nos uideamus multos rusticorum parum differentes à brutis animantibus: neque Philosophum ubi supra intellexisse, quòd qui parum ualent ingenio, sint à natura alieni juris, et quòd non habeant dominium sui, et aliarum rerum; neque uoluisse Philosophum, quòd si qui sunt à natura parum mente ualidi, quòd liceat occupare bona illorum, et patrimonia, et illos redigere in seruitutem, et uenales facere. Sed uult Philosophus, quòd à natura est illis necessitas, qua indigent ab aliis regi, et gubernari, et bonum est subdi aliis, sicut filii indigent subijci parentibus ante adultam ætatem, ut uxor uiro. Et demum dictus Franciscus rejicit aliquos titulos, qui prætendi possent iusti belli ad istos Indos subijciendos. Primum, scilicet, quòd iustè subijci debeant sub dominio Imperatoris, cum Imperator dicatur dominus mundi, l. *deprecatio*, ff. *ad leg. Rhod. de iact.* tradit Bart. in extravag. *ad reprimendum*, in glossa super uerbo *totius orbis*; quem titulum rejicit, latè comprobans, quòd neque de iure naturali, neque diuino, neque humano, Imperator potest prætendere dominium totius orbis.

Primum dicit patere, quia dominium, et prælatio super subditos est de iure humano, non de iure naturali; allegat S. Thom. 2. 2. quæst. 12. et tetigi supra, et in 1. part. quæst. 6. artic. 4. et quæstione 96. ubi dicit, quòd in iure naturali homines sunt liberi, excepto dominio paterno, et maritali, et Aristotel. 1. *Politico.*

Secundum, quòd neque de iure diuino, comprobatur latè, quia ante aduentum Christi non legitur, quòd fuerint Imperatores domini mundi; ibique respondet ad illam auctoritatem Danielis 2. cap. v. 37. *de Nabuchodonosore*, cum dicitur: "Tu Rex regum es: et Deus cæli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi, et omnia in quibus habitant filii hominum," dicens certum esse, quòd neque Nabuchodonosor cepit regnum specialiter à Deo, sed eo modo quo alii Principes, ut Paulus dicit ad Roman. cap. 13. v. 1. *omnis potestas à Domino est*: et Proverb. cap. 8. v. 15. "Per me Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt," neque Nabuchodonosor habuit imperium iure in toto orbe, nam Judæi non erant ei subditi: et ex hoc patet neminem de iure diuino fuisse dominum totius orbis, quia gens Judæorum libera erat ab omni alienigena, ut habetur Deuter. cap. 17. v. 15. "Non poteris alterius gentis hominem Regem facere;" et quamuis S. Thom. *de regim. Princ.* lib. 3. cap. 4. et 5. uideatur dicere, imperium Romanorum à Deo traditum propter iustitiam illorum, et amorem patriæ, et optimas leges, quas habebant, ut etiam dicit Augustin. in lib. *de ciuitate Dei*, hoc non est intelligendum, quòd ex institutione diuina factum est, ut consequerentur Imperium orbis; sed alio iure, scilicet iusti belli, uel alia ratione, non modo quo habuit Saul, et David Regnum à Deo. Hoc etiam constare, et intelligi debet, si consideremus, qua ratione, et successione imperia uenerunt usque ad nos, ante, seu post aduentum Salvatoris: ibique la-

te tradit nulla auctoritate juris divini constare, neque posse probari, Imperium statutum fuisse de jure divino.

Tertium etiam, quod neque jure humano Imperator sit dominus orbis, constare dicit, quia vel esset sola, nulla auctoritate fulcita talis potestas, aut auctoritate legis; quæ nihil operaretur, quia lex præsupponit jurisdictionem, et si ante legem Imperator non habebat jurisdictionem in orbe, ergo neque post legem, quia talis lex non potuit obligare non subditos; neque hoc habuit Imperator per legitimam subjectionem, aut aliquo alio legitimo titulo; et sic numquam Imperator fuit dominus totius orbis. Præterea etiam dicit, quia et illi qui secundum opinionem suam Imperatori dominium totius orbis attribuunt, non dicunt eum esse dominum per proprietatem, sed solum per jurisdictionem; quod jus non se extendit ad hoc, ut convertat provinciam in suos usus, aut donet pro suo libito oppida aut prædam, neque veteres dominos deponere, neque vectigalia capere. Impugnat etiam aliam, et secundum titulum, quo prætenderetur ex concessione videlicet Papæ, insistens in hoc multum, adducens fundamenta pro utraque parte, dicens, quod opinio quorundam jurisconsultorum est, quod Papa habet jurisdictionem plenam in temporalibus in toto orbe terrarum, et quod ita tenere videtur Bart. in dict. Extravag. ad reprimeandum, et Hostiens. ubi supra, et Archiepiscopus Florent. 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 8. et Angel. et Sylvest. in summ. qui etiam, ut ipse Franciscus refert, multo largius, et benignius hanc potestatem attribuit Papæ, in verbo *infidelitas*, §. 7. et verbo *Papæ*, §. 7. et 10. et 11. et verbo *legitimus*, §. 4. mirabilia secundum eum dicens in illis locis circa hoc: puta, quod potestas Imperatoris, et omnium aliorum Principum est subdelegata respectu Papæ, et quod est derivata à Deo mediante Papæ, et quod tota illorum potestas dependet à Papæ, et quod Constantinus donavit terras Papæ in recognitionem domini temporalis, et è contrario Papa donavit imperium Constantino in usum et stipendium: imò quod Constantinus nihil donavit, sed reddidit, quod erat subtractum, et quod si Papa non exercet jurisdictionem in temporalibus extra patrimonium ecclesiæ, non est hoc propter defectam auctoritatis, sed ad evitandum scandalum; et nutriendum pacem: et tota probatio horum, secundum eum, est quia Domini est terra, et plenitudo ejus, et data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra, et quod Papa est Vicarius Christi; et ad Philipen. cap. 2. v. 8. "Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: propter quod et Deus exaltavit illum." Et quod favere videtur S. Thom. in fin. 2. lib. *sententiarum*, cujus ultima verba in solutione ad 4. sunt: quod Papa tenet utrumque potestatis apicem, sæcularis, et spiritualis; quo fundamento jacto auctores hujus opinionis primo dicunt, quod Papa potuit, Reges Hispaniæ constituere Principes eorum barbarorum Indorum, tamquam dominus supremus temporalis. Secundo dicunt, quod dato, quod hoc non posset, saltem, si barbari isti nolent recognoscere dominium Papæ temporale, potest eis bellum indicere, et inferre. Et ita dicunt factum esse; nam primo Papa concessit illas provincias Regibus Hispaniæ. Secundo etiam barbaris illis fuit propositum et significatum, quod Papa est Vicarius Christi, et habet ejus vicem in terris, et quod ideo recognoscerent eum in superiorem: et cum sic recusaverint, justè sit eis bellum illatum, et eorum provinciæ occupatæ, ut hoc dixit Hostiens. cujus fuit ista opinio, ut retuli supra. Contra hoc tamen idem Franciscus ponit aliquas propositiones, quarum prima est, quod Papa non est dominus temporalis totius orbis, loquendo propriè de dominio, et potestate civili: quam conclusionem tenent secundum eum Turrecremata lib. 2. cap. 113. Joan. et Hugon. in cap. *cum ad verum*, 96. dist. et fatetur Innoc. Papa III. qui fuit doctissimus, in cap. *per venerabilem*; qui filii sint legitimi. dicens se non habere potestatem temporalem in regno Franciæ: et videtur expressa sententia Bern. lib. 2. *de considerat. ad Eugenium*, subditque, quod opposita opinio videtur contra præceptum Domini, de quo Matthæi cap. 20. v. 25. et Lucæ cap. 22. v. 25. "Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, etc. Non ita erit inter vos;" idem et contra præceptum Apostoli, *non dominantes in clero, sed forma facti gregis*, 1. Petri cap. 5. v. 3. sic Christus Dominus se-

cundum humanitatem, secundum quod ipse probabilis esse dicit, non fuit dominus temporalis orbis, cum ipse dixerit: *regnum meum non est de hoc mundo*, et tetigi ego superius; unde S. Thom. *de regim. Princip.* lib. 3. cap. 13. dicit quod dominium Christi ordinatur ad salutem animæ, et ad spiritualia bona, licet à temporalibus non excludatur eo modo, quo ad spiritualia ordinatur; unde patet secundum eum, quod sententia S. Thomæ non est, quod regnum Christi esset ejusdem rationis cum regno civili et temporali; sed ita est, quod ad finem redemptionis omnimodam potestatem habebat etiam in temporalibus, sed secluso illo sine non; multo minus ergo Papa habebit tale dominium temporale. Adducit etiam, quod tale dominium in Papa non potest probari jure divino, naturali, neque humano; quod de naturali et humano notum est, de divino etiam, quia nulla auctoritate juris divini probatur; quod enim Dominus dixit Petro, *pasce oves meas*, salis ostendit potestatem esse in spiritualibus, et non in temporalibus, et ostendit Papam non esse in toto orbe, nam ipse dixit, Joan. cap. 10. v. 16. in fine sæculi *fiet unum ovile, et unus pastor*, unde satis constat in præsentiarum, non omnes esse oves hujus ovilis, saltem infideles. Item etiam adducit, quod dato quod Christus haberet hanc potestatem, constat hanc non esse commissam Papæ; quod dicit patere, quia non minus Papa est vicarius in spiritualibus, quam in temporalibus; sed Papa non habet jurisdictionem spiritualem super infideles, ut fatentur qui contrariam opinionem secantur; ergo neque temporalem: et videtur expressa sententia Apostoli 1. ad Corinth. cap. 5. v. 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* Præterea non est bonum argumentum secundum eum, Christus habuit temporalem potestatem in toto orbe, ergo commisit eam Papæ; nam Christus sine dubio habuit spiritualem potestatem in toto orbe, non minus super fideles, quam super infideles, vel è contra. Et potuit facere leges obligantes totum orbem, sicut fecit de baptismo, et articulis fidei, et secundum Doctores Christus potestatem excellentiæ non commisit Apostolis: et tamen Papa non habet illam potestatem super infideles, neque potest eos excommunicare, neque prohibere connubia in gradibus à jure divino permissis; ergo, etc.

Ponit etiam secundam propositionem: quod dato quod Papa haberet illam potestatem in orbe, non posset eam dare Principibus sæcularibus, et patere dicit, quia est annexa Papatui, neque potest Papæ eam separare ab officio Papæ, neque privare successorem illa potestate, quia non potest esse sequens Pontifex minor prædecessore; et sic, vel nulla esset talis collatio, vel sequens Pontifex posset illam revocare.

Subdit, et tertiam propositionem: quod Papa habet temporalem potestatem in ordine ad spiritualia, id est, quantum est necesse ad administrationem rerum spiritualium; quam dicit esse conclusionem Turrecrematæ, ubi supra, cap. 144. et omnium Doctorum; ex qua conclusione inferitur, quod Papa potest infringere leges civiles, quæ sunt nutritivæ peccati, ut patet in cap. fin. *de præscription.* et quod discordantibus Principibus de jure alicujus principatus, et in bella ruentibus, potest esse judex, et cognoscere de jure partium, et sententiam ferre, quam Principes recipere tenentur, ne eveniant tot mala spiritualia, quot ex bellis oriri necesse est, et ex hac etiam ratione potest aliquando Reges deponere, et novos constituere: et ad hunc sensum intelligenda sunt jura, quæ dicunt, quod Papa habet utrumque gladium.

Et ex ista propositione inferit, quod cum Papa non habeat potestatem spiritualem super istos infideles, ut patet 1. ad Corinth. cap. 5. v. 12. ergo necesse temporalem. Unde si isti barbari nolent recognoscere tale dominium, non potest eis bellum inferre, et bona illorum occupare: quod et confirmari dicit, nam cum ita sit, et tenentes opinionem contrariam fatentur, dato quod barbari nolent recipere Christum pro domino, non possunt ob hoc bello peti, et affici aliquo malo. Unde absurdissimum est, quod dicunt, quod teneantur recipere vicarium, et quod alias possint bello lacessiri et spoliari.

Et item, si et ratio est secundum istos, quare etsi nolent recipere fidem Christi, non possunt cogi: quia non potest eis evidenter probari per rationes naturales. Cum ergo mul-

to minus per rationes naturales probari possit dominium Papæ; ergo non possunt cogi ad recognoscendum hoc dominium. Unde et idem Sylvest. qui tantum favet potestati Papæ, tenet contra Hostiens. quòd infideles non possent bello cogi ad recognoscendum hoc dominium, neque hoc titulo spoliari possunt bonis suis, secundum Innocent. in dict. cap. *quod super his*, et S. Thom. videtur hujus sententiæ, 2. 2. quæst. 66. art. 8. ad secundum, ubi dicit, quòd infideles nequeunt spoliari bonis suis, nisi qui sunt subditi Principibus temporalibus, propter causas legitimas, ex quibus alii subditi possent spoliari. Unde et neque Sarraceni unquam isto titulo fuerunt spoliati, et si quis dicat talem titulum sufficere ad inferendum eis bellum, esset aperte facteri, quòd ratione infidelitatis possunt spoliari, cum sit certum, quòd nullus infidelium recognoscit hoc dominium; nullus autem ex Doctoribus est, qui concedat, quòd ex solo titulo infidelitatis possent spoliari, etiam de illis, qui cogere volunt ad talem recognitionem. Ergo omninò est fictitium, quòd isti dicunt, quòd si infideles non recognoscunt dominium Romani Pontificis, possent bello infestari.

Subdit etiam ad justificationem hujus conquestæ prætendi tertium titulum, scilicet inventionis, et quòd sic efficiantur occupantium, ut in §. *feræ*, *Instit. de rer. divis.* quem lamen confutat, et bene, cum ista loca non erant deserta, sed habitata, et infideles habent verum dominium illorum: ergo quæ sic sunt inventa, non possunt dici in nullius bonis fuisse, ut dispositio dicti §. locum habeat, neque plus juvat talis inventio, quàm si ipsi invenissent nos. Si autem secundum eum prætendatur titulus, quòd si nolint suscipere fidem Christi, possint bello impeti; nam videbatur, quòd cum ratione blasphemiam in Deum possit eis indici bellum, ut desistant à talibus blasphemis, ut tradunt S. Thom. et Cajetanum 2. 2. quæst. 10. art. 8. inquit enim S. Thom. possemus eos prosequi bello, si uterentur crucifixo ad irrisionem, vel quomòdocumque uterentur ad ignominiam, et si facerent injuriam Christo, qui est Rex, et Dominus noster: sed majus peccatum est infidelitas, quàm blasphemiam, quia ut S. Thom. probat in dict. quæst. 10. art. 3. infidelitas est gravissimum inter peccata, quæ contingunt in perversione morum, quia opponitur directè fidei, et blasphemiam non opponitur directè fidei, sed confessioni fidei: infidelitas etiam tollit principium conversionis in Deum, scilicet fidem, non autem apostasia; ergo sicut pro blasphemiam licet, à fortiori propter infidelitatem licebit eos bello prosequi. Sed tandem ipse Franciscus residet, quòd imò, neque ex hoc titulo possent debellari, ponens sex propositiones.

Prima, quòd isti barbari priusquam aliquid audissent de Christo, non peccabant peccato infidelitatis, eo quòd non credebant in Christum; quæ conclusio secundum eum est ad litteram S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. ubi dicit quòd apud eos, qui nihil audierunt de Christo, infidelitas non habet rationem peccati, sed magis pœnæ, quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis sequuta est; qui autem, si sunt infideles, damnantur quidem, sed propter alia peccata, non propter peccatum infidelitatis. Unde Dominus dicit, Joan. cap. 15. v. 22. "Si non venissem, et loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent," ubi August. exponit, quòd loquitur de peccato, quòd non crederunt: neque obstat, si quis dicat: ergo secundum hoc sequitur, quòd aliquis salvari possit sine baptismo, si ponamus ignorantiam invincibilem de baptismo, et fide Christi; nam non sequitur talis consequentia, barbari enim, ad quos non pervenit annuntiatio fidei, vel religionis Christianæ, damnabuntur propter peccata mortalia, aut idolatriam, sed non propter peccatum infidelitatis, quia si facerent, quòd in se est bene vivendo, Dominus illuminaret illos circa nomen Christi.

Ponit etiam conclusionem secundam: quòd isti barbari non ad primum nuntium tenebantur, neque tenentur credere fidem Christi, ita quòd non credendo peccarent mortaliter solum per hoc, quòd simpliciter eis annuntiat, et proponitur, quòd vera est religio Christiana, et quòd Christus est Salvator, et Redemptor mundi, sine miraculis, aut quacumque alia suasionem, et probationem. Allegat Sanctum Thomam, et Cajetanum 2. 2. quæst. 1. art. 4. dicentis, quòd

temere aut imprudenter quis crederet aliquid, maximè in his quæ spectant ad salutem, nisi cognoscat à viro fidedigno illud asseri, et Ecclesiastici cap. 19. v. 4. dicitur: *Qui creditur a cò, lovis corde est*, et confirmatur per illud Joan. 15. v. 24. *et si signa non fecissem, peccatum non haberent*; cum ergo ex hoc dicti barbari non essent in culpa, non potuissent contra eos bellum indici, cum ad bellum justum requiratur causa justa; ut scilicet illi qui impugnantur, hoc propter aliquam culpam mercantur, ut tradit August. lib. 83. quæst. et habetur in cap. *Dominus noster*, 23. quæst. 2. et Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 40. artic. 1.

Ponit et tertiam propositionem: quòd si barbari rogati, et admoniti, ut audiant pacificè loquentes de religione, et nolint audire, quòd non excusantur à peccato mortali; quia cum necessarium sit eis ad salutem credere in Christum, et baptizari, Marci cap. ultim. v. 16. *Qui crediderit, etc.* Cum ut credant, requiratur quòd audiant, tenentur audire, aliàs sunt extra statum salutis.

Quartam etiam proponit propositionem: quòd si fides christiana proponatur barbaris probabiliter, id est, cum argumentis probabilibus et rationibus, et cum vita honesta, et secundum legem naturæ studiosam, quòd magnum est argumentum ad confirmandam veritatem, et hoc non semel, sed diligenter, et studiosè, barbari tenentur credere, et recipere fidem Christi sub pœna peccati mortalis.

Ponit etiam aliam, et ultimam propositionem: quòd quantumcumque fides sit annuntiata barbaris probabiliter et sufficienter, et nolent eam recipere, non ideo tamen ex hac ratione licet eos bello prosequi, et spoliari bonis suis. Allegat S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 8. et est communis conclusio doctorum in jure canonico, et civili, et dixi ego superius.

Deinde adducit quintam titulum, qui prætenditur ad bellum istud justificandum, scilicet, quòd barbari isti vel multi eorum peccant contra legem naturæ, ut ajunt, seu contra naturam, ut usus carnum humanarum, concubitus indifferentes cum matre, et sorore, et cum masculis, et quòd pro his possunt infestari bello, et cogi, ut ea relinquunt; quæ fuit opinio Archiepiscopi Florentini, 3. parte, t. 22. cap. 5. §. 8. post Augustinum de Ancona, Sylvester in summ. in verbo *Papa*, §. 7. et fuit opinio Innoc. in dict. cap. *quod super his*, credo (inquit) gentiles non habent nisi legem naturæ, et si contra illam fecerint, potest illos Papa punire. Et arguitur ex Genes. cap. 19. ubi Sodomitæ puniti sunt à Deo; cum enim facta Dei nobis sunt exemplaria, non video quare Papa, qui est Vicarius Christi, non possit; hæc Innocentius. Ipse verò Franciscus ponit in hoc conclusionem: Principes, scilicet, Christianos, etiam cum auctoritate Papæ non posse coercere barbaros à peccatis contra leges naturæ; neque ratione illorum eos punire, et hanc conclusionem probat.

Primò, quia contraria assertio præsupponit falsum, videlicet, quòd Papa habeat jurisdictionem super illos, cujus contrarium supra probatum est, &c.

Secundò, quia vel intelligunt universaliter de peccatis contra leges naturæ, ut pro furto, fornicatione, adulterio, vel peculiariter pro peccatis contra legem naturæ, de quibus tractat S. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 11. quomodo peccatum contra naturam dicitur non solum, quòd est contra legem naturæ, sed etiam contra ordinem naturalem, de quibus 2. ad Corinth. cap. 2. et ad Romanos cap. 1. et sic isto secundo modo arguit in contrarium, quia homicidium est ita grave, vel gravius peccatum, et ita manifestum; ergo si pro illis licet, ergo et pro homicidio. Item blasphemiam est ita grave peccatum et manifestum, unde et pro isto. Si verò intelligatur generaliter primo modo pro omnibus peccatis contra naturam, arguit in contrarium; pro fornicatione non licet, ergo neque pro aliis contra legem naturæ; antecedens dicit patere 1. ad Corinthios c. 5. v. 9. "Scripti vobis in epistola: ne commisceamini fornicariis;" et inferius: "si quis frater nominatur inter vos fornicator, aut idolis serviens," et infra: "Quid enim mihi de his, qui foris sunt judicare?" Ubi S. Thom. dicit: acceperunt potestatem super eos tantum, qui se fidei subdiderunt; patet ergo aperte, quòd Paulus dicit non spectare ad eum judicium de infidelibus fornicariis aut idolatris. Item et arguit, quòd neque omnia

peccata contra legem naturæ possunt evidenter ostendi, saltem omnibus, et quod dicere aliud, est tantundem dicere, ac si quis dicat, quod propter infidelitatem licet Barbaros debellare, omnes enim sunt idolatræ. Item mirum esse dicit, quod Papa non possit ferre læges infidelibus, et possit tamen exercere judicia, et inferre pœnas; et quod possint negare impunè auctoritatem, et jurisdictionem Papæ, et tamen teneantur subire iudicium ejus. Item et subdit, quod non possunt acceptare iudicium Papæ, quàm sint Christiani, nullo enim alio jure Papa potest eos condemnare, aut punire, nisi quia Vicarius Christi; sed tam Innoc. quàm Augustinus de Ancona, Archiepiscopus, et Sylvester fatentur, quod non possunt puniri, quia non recipiunt Christum; ergo neque quia non recipiant iudicium Papæ. Et hoc confirmari dicit, quia neque in veteri testamento, ubi tunc armis res gerebantur, populus Israel occupavit terras infidelium, quia essent infideles, et idolatræ, vel quia haberent alia peccata contra naturam, ut quod sacrificabant filios suos, et filias suas dæmoniis; sed vel speciali dono Dei, vel quia transitum impediabant, vel eos offenderant, ut et dixit Cajetanus ubi suprâ.

Asserit etiam præteritum alium, et sextum titulum, electionis scilicet voluntariæ. Hispani enim, cum ad barbaros pervenirent, significant eis, quemadmodum Rex Hispaniæ mittit eos pro commodis eorum, admonent, ut eum in Regem suscipiant, illique responderunt sibi placere, et nihil tam naturale est, quàm voluntatem domini volentis rem suam in aliam transferre, ratam fieri, *Inst. de rer. divis. §. per traditionem*. Ipse verò, et hunc titulum refutat, ex eo quia ad valorem talis tituli abesse deberet metus et ignorantia, quæ vitiant omnem electionem; nesciunt enim Barbari, seu non intelligunt, quid in hoc faciant, neque quid Hispani petant. Item cum hoc petunt, circumstant armati circa imbelles, et meticulosos. Item si illi antea habent veros dominos, et Principes, non potest populus sine aliqua alia rationabili causa accipere novos dominos in detrimentum priorum, neque ipsi domini possunt novum Principem creare sine consensu populi. Cum ergo in hujusmodi electionibus, seu acceptationibus non concurrant omnia requisita ad legitimam electionem, tatis titulus non est idoneus.

Rejectis itaque per eum titulis istis, laborat ipse Franciscus in ostendendo aliquos titulos, ex quibus licet Barbari isti venire poterunt in ditionem Hispanorum. Ad quod ostendendum ponit aliquas propositiones.

Primam, quod Hispani habent jus peregrinandi in illas provincias, et illic degere, sine tamen aliquo nocumento Barbarorum, neque possunt ab illis prohiberi; quod probat ex jure gentium, quod derivatur à jure naturali, ut *Instit. de jur. natur. vers. quod naturalis ratio*, apud omnes enim gentes, et nationes habetur inhumanum, hospites et peregrinos sine aliqua rationabili causa nolle suscipere, et è contra humanum et officiosum recipere. Item quia à principio orbis, cum omnia essent communia, licebat unicuique, in quamcumque vellet regionem tendere et peregrinari; neque hoc fuit deceptum per provinciarum divisionem, cum non fuerit de intentione gentium per hoc tollere communicationem: et multa alia adducit his similia in hujus comprobationem.

Secunda verò propositio est, licere Hispanis apud illos, sine patriæ tamen damno negotiari, importantes illis merces, quibus carent, et adducentes aurum vel argentum, aut alia, quibus illi abundant; neque Principes eorum possunt impedire subditos suos, ne exercent commercia cum Hispanis, neque Hispanos cum illis; quod etiam probat, quia commercia sunt de jure gentium.

Tertia propositio: quod si quæ sunt apud Barbaros communia, tam civibus, quàm hospitibus, non licet Barbaris prohibere Hispanos ab illorum communicatione et participatione, verbi gratia, si licet aliis peregrinis, vel effodere aurum in agro communi, vel ex fluminibus, vel piscari margaritas in mari, non possunt Hispanos prohibere eo modo dumtaxat, quo aliis licet, dummodo cives et naturales non graventur.

Quarta propositio: si ex aliquo Hispano nascantur ibi liberi, et velint esse cives, non videtur, quod possint pro-

hiberi, vel à civitate, vel à commodis aliorum civium, si nati essent ex parentibus illic habentibus domicilium; quod probat, quia et hoc videtur de jure gentium, l. *cives, ff. de appellat. l. cives, C. de incol. lib. 10.* imò videtur secundum eum, quod qui velit recipere domicilium in aliqua civitate illorum, contrahendo ibi matrimonium, vel alia ratione, qua alii peregrini solent fieri cives, non possunt prohiberi plusquam alii, et per consequens gaudere privilegiis civium, sicut alii, modo et subeant onera, sicut alii.

Quinta propositio: si Barbari vellent Hispanos in supra dictis prohibere, quæ sunt de jure gentium, à commercio, puta, vel aliis jam dictis, Hispani primò debent rationibus, et persuasionibus tollere scandalum, et ostendere omni ratione se non venire ad nocendum illis, sed pacificè velle hospitari, et peregrinari sine aliquo illorum incommodo, et hoc non solum verbis, sed etiam re ostendere: quod si Barbari nollent acquiescere, sed vim agere, Hispani possunt se defendere, et omnia agere ad securitatem suam convenientia. Et si aliter fieri non posset, possunt arces, et munitiones ædificare, et si acceperunt injuriam, illam auctoritate Principis bello prosequi, et alia jura belli agere, quia justa causa belli est, injuriam propulsare, et vindicare injuriam, l. *ut vim, ff. de just. et jur.* et S. Thom. ubi suprâ, 2. 2. q. 40. Notandum tamen dicit esse, quod cum Barbari isti sint natura meticulosi, et alias stollidi, et stulti, quantumcumque Hispani eos vellent securos reddere, et demere à timore, possunt adhuc meritò timere, videntes homines cultu extraneo, et armatos, et multo potentiores se. Ideo licet isto casu, permissum esset Hispanis se defendere servato moderamine inculpatae tutelæ, non licet in illos alia jura belli exercere, puta, parta victoria, vel securitate, illos occidere, vel spoliare, vel eorum civitates occupare, quia in illo casu sunt innocentes, et meritò timent, ut supponimus: alia enim (secundum eum) sunt jura belli adversus homines verè noxios et injurios, alia adversus innocentes et ignorantes; sicut etiam aliter vitandum est scandalum pharisæorum, aliter pusillorum, et infirmorum.

Sexta propositio: si omnibus tentatis Hispani non possunt consequi securitatem, et pacem cum Barbaris, nisi occupando civitates, et illos subjiciendo, licet possunt facere: probat, quia finis belli est pax, et securitas, ut dicit Augustinus ad Bonifacium; quia licet Hispanis ad finem belli facere omnia necessaria ad obtinendam securitatem, et pacem.

Septima conclusio: si postquam Hispani omni diligentia, re, et verbo ostendissent non stare per eos, quin Barbari pacificè, et sine damno rerum suarum agant, nihilominus Barbari perseverarent in malitia sua, et contenderent ad perditionem Hispanorum; jam tunc non tamquam cum innocentibus, sed tamquam cum perfidis hostibus agere possunt, et omnia belli jura in illos prosequi, et spoliare illos, et in captivitatem redigere, et deponere priores dominos, et novos constituere, moderatè tamen pro qualitate rei, et injuriarum: quod satis patere dicit, quia si licet bellum indicare, ergo etiam jura belli prosequi; non enim debent esse melioris conditionis, quia sunt infideles: sed hæc omnia licerent contra Christianos, si semel esset justum bellum; ergo et adversus illos.

Item hoc est de jure gentium, ut parta bello fiant victoris, l. *si quid bello*, et l. *hostes, ff. de captiv. cap. jus gentium*, l. dist. et in §. *item ea quæ ab hostibus, Instit. de rer. divis.* et quia secundum Doct. loquentes de bello, Princeps qui habet justum bellum, fit ipso jure judex hostium, et potest eos punire juridicè, et condemnare pro qualitate injuriarum. Item probatur, quia legati jure gentium sunt inviolabiles; sed Hispani sunt legati Hispanorum christianorum; ergo barbari tenentur eos audire saltem benignè, et non eos repellere: justum vult esse istum titulum, dum tamen Hispani sine dolo, et fraude in hoc versentur, et non querant fictas causas belli. Si enim barbari permitterent Hispanos pacificè negotiari apud illos, nullam possunt Hispani ex hac causa prætereundè justam causam occupandi bona illorum, non plus, quàm christianorum. Secundus titulus secundum eum potest esse causa religionis christianæ propagandæ, prout et vult lex ista Partitarum, licet ipse non allegat, pro quo ponit quatuor conclusiones.

Prima est, quòd christiani habent jus prædicandi, et annunciandi Evangelium in provinciis barbarorum, juxta illud Marci, cap. 4. in v. 15. *predicete Evangelium omni creaturæ*, et quia verbum Domini non est allegatum, 2. ad Corinthios, cap. 2. et patere etiam dicit ex prædictis, quia si habent jus peregrinandi, et negotiandi apud illos, ergo possunt docere veritatem volenti audire, maximè in spectantibus ad salutem, quia aliàs illi essent extra statutum salutis, si non liceret christianis ire ad eos ad annunciandum Evangelium, et quia correctio fraterna est de jure naturali, sicut et dilectio: cum ergo illi non solum sunt in peccatis, sed etiam extra statum salutis, ergo ad christianos spectat corrigere, et dirigere illos: imò videntur ad hoc teneri; sunt enim isti proximi christianorum, et unicuique mandavit Deus de proximo suo, Ecclesiastici cap. 17. v. 12.

Secunda conclusio: licet hoc sit commune, et licet omnibus christianis, tamen Papa potuit hoc negotium mandare Hispanis, et interdicerè omnibus aliis; quod probat, quia licet Papa non sit dominus temporalis, habet tamen in temporalibus (ut suprà dictum est) potestatem in ordine ad spiritualia. Et cum ad Papam principaliter spectet, curare prædicationem Evangelii in toto orbe, et cum commodius Hispani Principes in illis provinciis possunt ad hoc dare operam, potest Papa eis committere, et omnibus aliis interdicerè: quoniam, et necdum prædicationem posset interdicerè, verum etiam commercium, si hoc ita expedit ad religionis propagationem; quia potest Papa ordinare temporalia, sicut expedit spiritualibus; et omnimò ita dicitur expedire, quod in hoc Papa fecit, quia si indifferenter ex aliis provinciis christianorum concurrerent ad illas regiones, possent se invicem facillè impedire, et excitare seditiones, unde impediretur tranquillitas, et perturbaretur negotium fidei, et conversio illorum barbarorum. Præterea cum Principes Hispani suis auspiciis, et sumptibus primi omnium eam negotiationem susceperint, et tam feliciter novum orbem invenerint, justum est, ut ea peregrinatio aliis interdiceretur, et ipsi solum fruantur inventis: sic etiam pro pace conservanda inter Principes, et religione amplificanda, potuit Papa provincias Sarraecenorum inter Principes christianos ita dividere, seu distribuere, ne alius in alterius partes transeat; sicut etiam posset pro commodo religionis Principes creare, et maximè ubi antea nulli fuissent Principes christiani.

Tertia conclusio: si Barbari permittant christianos liberè et sine impedimento prædicare Evangelium, sive illi recipiant fidem, sive non recipiant, non licet hac ratione inferre eis bellum, neque eorum terras occupare, ut superius satis est probatum. Et quia nunquam est bellum justum, ubi nulla præcessit injuria, ut dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 40. art. 1.

Quarta conclusio. Si barbari, sive ipsi domini, sive ipsa multitudo, impediant christianos, quomibus liberè annunciatur Evangelium, possunt reduci, et prius ratione ad tollendum scandalum, illis invitit prædicare, et ad gentis conversionem operam dare, et si opus sit, propter hoc bellum suscipere, vel inferre, quousque pariat opportunitatem, et securitatem prædicandi Evangelium. Et idem est judicium, si etiam permittentes prædicationem impediant conversionem, occidentes, vel aliàs punientes conversos ad Christum, vel minis aut terroribus deterrentes; hanc probat, quia in hoc barbari faciunt injuriam Hispanis, et quia impeditur commodum ipsorum barbarorum, quod Principes eorum non possunt impedire: justè ergo in favorem illorum, qui opprimuntur, et patiuntur injuriam, possunt Hispani movere bellum, maximè in re tanti momenti: ex qua conclusione patet, quòd etiam hac ratione, si negotio religionis aliter provideri non possit, licere Hispanis occupare terras, et provincias eorum, et creare novos dominos, et antiquos deponere, omniaque alia agere et prosequi jure belli, quæ licita sunt in aliis bellis; servato semper modo et ratione, ne ultra procedant, quàm opus sit, et potius de proprio jure remittendo, quàm aliud invadendo, et semper omnia dirigendo potius ad bonum barbarorum, quàm ad proprium questum. Sed considerandum valdè est, quòd Paulus dicit 1. ad Corinth. cap. 6. v. 12. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*; hæc enim quæ dicta sunt, intelliguntur per se loquendo: fieri enim potest, ut per hæc bella, et exc-

des, et spolia potius impediretur conversio barbarorum, quàm quæreretur, vel propagaretur: et ideo id primis cavendum est; ne offensivum ponatur Evangelio; si enim poneretur, cessandum esset ab isto modo evangelizandi: cavendum ne, quòd per se licitum est, reddatur malum ex circumstantiâ. Item, et si qui ex barbaris conversi sunt ad Christum, et Principes eorum vi, vel metu velint eos ad idolatriam revocare, si alia via huic violentiæ, et injuriæ non possint provideri, possunt Hispani movere bellum, et cogere barbaros, ut ab illa injuria desistant, et contra pertinentes jura belli prosequi.

Alium titulum ponit idem Franciscus, si bona scilicet pars barbarorum conversa esset ad Christum, sive jure, sive injuria, id est, dato quòd minis, aut terroribus, vel aliàs non servatis servandis, dummodo verè essent christiani, Papa ex rationabili causa, vel ipsis petentibus, vel etiam non petentibus, potest dare Principem christianum, et afferre alios dominos infideles. Quod probat; quia si ita expediret ad conservationem religionis christianæ, quia timetur, quòd sub dominis infidelibus apostarent à fide, vel inde sumpta occasione gravarentur à suis dominis, Papa potest in favorem fidei mutare dominos. Et confirmatur ex dictis S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 10. et Doctores dicunt, ecclesiam posse omnes servos christianos liberare eos jure, etiam si aliàs essent legitime captivi, et tenet Innoc. in dist. cap. *quod super his*; ergò magis poterit liberare alios subditos christianos, qui non sunt ita adstricti, sicut sunt servi; et patet etiam ex his, quæ dicit Apostolus 1. ad Corint. cap. 7. v. 15. et habetur in cap. *quanto, de divor.* uxor fidelis liberatur à viro infideli, si maritus sit ei molestus in perniciem religionis.

Alium titulum dicit esse posse ratione tyrannidis, vel ipsorum dominorum apud barbaros, vel propter leges tyrannicas in injuriam innocentium, puta quia sacrificant homines innocentes, vel aliàs occidunt condemnatos ad vescendum caribus eorum; dicit enim, quòd tali casa etiam sine auctoritate Pontificis possunt Hispani Principes prohibere barbaros ab omni nefanda consuetudine et ritu; quia possunt defendere innocentes à morte injusta, quia unicuique mandavit Deus de proximo suo, et illi omnes sunt proximi; ergo quilibet potest eos defendere à tali tyrannide, et oppressione, et maximè hoc spectat ad Principes; et Proverb. cap. 24. v. 11. habetur: "Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses." Neque hoc solum intelligitur, cum actu deducuntur ad mortem, sed etiam possunt cogere barbaros, ut cessent à tali ritu: et si nolent, hac ratione potest eis bellum inferri, et jura belli in eos prosequi: et si aliter non potest tolli sacrilegus ritus, possunt mutare dominos, et novum principatum inducere: et quantum ad hoc habet verum, secundum eum, dicta opinio Innoc. et Archiepiscopi, quòd pro peccatis contra naturam possunt infideles puniri, intelligendo, inquam, cum sunt in detrimentum innocentum, ut est hoc, quòd facere prohibentur barbari, scilicet sacrificare innocentes, et in esum convertere: neque obstat, quòd omnes barbari conveniant, et consentiant in hujusmodi leges, et sacrificia, neque velint vindicari super hoc ab Hispanis; in hoc enim non ita sunt sui juris, ut possint filios suos, vel se ipsos tradere ad mortem.

Alius etiam titulus posset esse secundum eum per veram, et voluntariam electionem, puta, si barbari intelligentes prudentem administrationem, et humanitatem Hispanorum, velint ultrò accipere in Principem Regem Hispaniæ, tam ipsi domini, quàm alii: hoc enim fieri posset, et esset legitimus titulus etiam de jure naturali; quælibet enim respublica potest sibi constituere dominum, neque esset ad hoc necessarius consensus omnium, secundum eum, sed videtur sufficere consensus majoris partis; quia in his, quæ spectant ad bonum reipublicæ, illa quæ constituuntur à majori parte, tenent etiam aliis contradicentibus; alius nihil posset geri pro utilitate reipublicæ, cum difficile sit omnes in unam convenire sententiam; sicut et Galli pro bono suæ reipublicæ mutaverunt Principes, et ablati Regno à Driderico, tradiderunt Pipino, Caroli Magni patri, quam mutationem Zacharias Pontifex approbavit.

Alius titulus posset esse secundum eum, causa scilicet

sociorum, et amicorum; cum enim ipsi barbari inter se gerant aliquando legitima bella, et pars, quæ injuriam, passa est, habet jus inferendi bellum, potest accersire Hispanos in auxilium, et præmia victoriæ illis dare, ut fertur fecisse Talcastedanos contra Mexicanos, qui cum Hispanis composuerunt, ut eos juvarent ad debellandum Mexicanos, haberent autem quidquid jure belli ad eos spectare poterat: quod enim sit justa causa belli pro sociis et amicis non est dubium, ut etiam declarat Cajelanus 2. 2. quæst. 40. artic. 1. quia æquè potest respublica advocare extraneos ad vindicandum inimicos, sicut contra intrinsecos malefactores; et hac maxime ratione Romani protulerunt Imperium, præstantes auxilia sociis et amicis.

Alius titulus traditur ultimò per eum, non quidem asserendo, sed in disputationem deducendo, neque omninò condemnando, qui talis est; quòd barbari isti licèt non omninò sunt amentes, ut suprà dictum est, tamen parum distant ab amentibus, ita ut non sint idonei ad constituendam, vel administrandam legitimam rempublicam, et ordinandam etiam intra terminos humanos et civiles, undè neque habent leges convenientes, neque magistratus; imò neque sunt satis idonei ad gubernandum rem familiarem, undè etiam carent litteris, et artibus, non solùm liberalibus, sed etiam mechanicis, et diligentibus agricultura, et opificiis, et multis aliis commodis et necessariis ad usus humanos; potest ergò quis dicere, quòd possunt Principes Hispani pro utilitate istorum accipere eorum administrationem, et constituere illis præfectos per oppida, qui eos gubernent: et si constaret illis expedire etiam novos dominos eis dare, quòd dicit suaderi, quia si omnes essent amentes, non est dubium, quin hoc esset licitum, imò convenientissimum; et Principes tenerentur ad hoc, sicut si omninò essent infantes: et videtur, quòd quantum ad hoc eadem ratio sit habenda de istis barbaris, sicut de amentibus, quia nihil aut parum plus valent ad gubernandum se ipsos, quàm amentes; imò quàm ipsæ feræ et bestię, neque mitiori cibo, quàm feræ, neque penè meliori cultu utuntur. Ergo eodem modo possunt tradi ad gubernationem sapientiorum. Et confirmari hoc dicit apparetur, nam si fortuna aliqua omnes adulti perirent apud illos, et manerent pueri, et adolescentes habentes quidem aliqualem usum rationis, sed intra annos pueritiæ, et pueritatis, profecto videtur, quòd Principes possent illorum curam suscipere, eosque gubernare, quandiu essent in illo statu: quòd si hoc admittitur, videtur certè non negandum, quin idem fieri posset circa barbaros istos, supposita hebetudine quam de illis referunt, qui apud illos fuerunt, quæ multo major est, quàm apud alias nationes, sit in pueris, et adolescentibus; et fundari hoc posset in præcepto charitatis, cum illi sint proximi nostri, et tenemur illorum bona curare: quòd, ut dixi, vult esse propositum sine assertione, et cum limitatione, quòd hoc fiat ad utilitatem illorum, et non ad quæstum Hispanorum tantùm, barbaris in omnibus, vel nihil melius, vel pejus habentibus, quàm prius habebant: in hoc enim secundum eum est totum periculum animarum et salutis; et quòd ad hoc potest prodesse, quòd suprà adductum est, quòd aliqui sunt natura servi: et tandem concludit, quòd postquam jam facta est ibi conversio multorum barbarorum, neque expediret, neque liceret, Principem omnino dimittere administrationem illarum provinciarum. Hæc sunt, quæ scriptis tradidit vir ille doctissimus in materia ista, quæ non plenè ad litteram transtuli, sed ejus principaliora fundamenta ita prolixè inserui, quia cum in stampis non habeantur, non displicebit lectori ista prolixitas.

Ex prædictis ergo vides opinionem Hostiensis, de recognitione domini communiter à Doctoribus Theologis damnari, atque multis Doctoribus Canonistis displicere: de quorum numero videtur Joan. Andr. in dict. cap. quod super his, ibi, cum dicit, alios autem infideles in pace degentes, et etiam illos quos servos tenemus, non per bellum, non per violentiam aliquam, sed tantum per prædicationem dicimus converti debere; et si prædicatores non admittant, eos posse compechi per Papam, ut dictum est suprà in glossa Innoc. Cardinalis, et etiam Petrus de Anchar. ut suprà retuli, Joan. Andr. et Dominic. in cap. si à subdelegato. de offic. delegat. lib. 6. ubi etiam Archidia. Anton. de Butr.

in dict. cap. quod super his, et Præpositus Alexand. in summ. dist. 51. ubi dicit, quòd in hoc tenetur opinio Innoc. et non opinio Hostiensis, quinimo, et ipse Hostiensis in summ. de penit. et remiss. charta 7. vers. cui Rex, tradit peccare Reges occupantes terras alienas, non contenti propriis finibus, 24. quæst. 3. cap. transferunt, et dicit tales non salvari, etiamsi benè administrent, nisi res alienas restituant, secundum August. 14. quæst. 5. cap. neque enim, quia numquam peraguntur bono exitu, quæ malo sunt inchoata principio, 61. dist. cap. miramur. Facit etiam, quòd tradit idem Hostiens. in summ. de penit. et remiss. chart. penult. col. 1. in vers. quid si quis furatur Christianos captos à Sarracenis. Vides etiam dictam opinionem Hostiens. bonis rationibus confutari, undè ab ea cavendum et recedendum, ex qua multa absurda, et furta, et latrocinia sequerentur: et si quis dicat, quòd infideles sunt oves Christi, ut patet Joann. cap. 10. v. 16. "Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili," scilicet ecclesie; et sine distinctione dictum fuit Petro Joann. cap. ult. v. 17. *Pasce oves meas*, et sic quòd Papa habeat potestatem super infideles, respondetur, quòd talis potestas successoris Petri debet esse ad tales oves pasendum et defendendum, non vero ad impugnandum, neque ut eas lædi permittat, cap. unic. de nullis ex liber. vent. et tradit Joan. Andr. in addition. ad Specul. in rubric. de Judæis.

Vides etiam qualiter et dictus Franciscus recedit à dictis Innoc. et aliorum, quatenus voluerunt idolatras gentes, seu alias peccantes in lege naturæ posse puniri per Papam, et ex hac causa, si pertinaces fuerint, posse eis iudici bellum, et vult, quòd neque hac ratione liceat: in cuius favorem etiam facit, quòd adducit Episcopus Abulens. super Josue, cap. 11. in quæstione illa, quam ibi tractat, an licebat Chananeis se defendere contra Hebræos sibi inferentes bellum; ubi dicit hæc verba: Non obstat si quis diceret, quòd Chananeis fecerant diversa peccata, propter quæ erant rei, et merebantur perditionem natalium, et sedium, et mortem, ut patet Levitici cap. 18. v. 27. "Omnes enim execrationes istas fecerant accollæ terræ, qui fuerunt ante vos, et polluerunt eam: cavete ergo ne et vos similiter evomat, cum paria feceritis, sicut evomit gentes, quæ fuerunt ante vos;" nam licèt peccavissent Chananeis nimis, et mererentur quæcumque mala, et ipsam mortem æternam Deo, cui peccaverant, tamen Judæis nulla mala meruerant, quia nihil eos umquam læserant: si autem dicas, quòd pro peccatis factis in Deum licebat Judæis occidere Chananeos, non obstat, quia tunc licebat et Judæis contra omnes gentes pugnare, cum peccarent contra Deum in idolatria, et immunditiis suis; tamen non licebat, quia Deus veluit Judæis pugnare contra quosdam de gentilibus, scilicet contra Ammonitas, Moabitas, et Idumæos, ut patet Deuter. cap. 2. et si pugnasset contra eos, peccabant mortaliter. Dicit etiam paulo inferius: sed aliquis dicit, quòd non licebat Chananeis defendere se à Judæis, sed permittere mori se in manibus eorum, velut à iudicibus suis, nam contra iudicem non est alicui licita defensio in pugnando, vulnerando, vel occidendo: quòd autem essent Judæi iudices Chananeorum dati ad puniendum peccata eorum, patet, quia Deus voluit introducere Israelitas in terram Chanana à principio generis Hebræorum, cum esset Abraham in terra Alla, et pepigit cum eo Dominus, quòd daret semini ejus terram, et dixit, quòd primo esset semen ejus peregrinum quadringentis annis, et postea in quarta generatione reverteretur in terram illam; et subdita est causa, quare non daretur immediato terra illa Abraham, sed post quadringentos annos, scilicet: "Nequid enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus," Genesis cap. 15. v. 16. Consummatis his peccatis, jussit Deus Israelitis (quos introducebat in terram Chananeorum), quòd occiderent omnes neminem relinquentes, ut patet Deuter. cap. 20. et subdit, ad hoc respondendum est, quòd Chananeis licèt pugnabant contra Judæos, et non licebat eis permittere se occidi ab illis; et dato, quòd essent iudices dati à Deo ad punitionem criminum Chananeorum, non obligantur Chananeis obedire eis, quia non constabat eos esse iudices, cum hoc manifestis documentis non possent notificare. Item dato, quòd concederent Chananeis, Judæos esse missos

à Deo suo ad deletionem Chananæorum, tamen non cogebantur confiteri eos esse iudices suos, quia dicerent, quod Deus Hebræorum non habuit potestatem aliquid tale delegandi Judæis, cum ipse etiam non haberet potestatem super Chananæos; et erat ista legitima excusatio. Si vero dicas, quod omnes obligabantur cognoscere unum Deum, cuius cognitio naturaliter inest, ut patet ad Romanos 1. respondendum est, quod quantum obligarentur ad cognoscendum, et credendum unicum esse verum Deum, tamen non obligabantur credere hunc esse Deum Hebræorum, vel Sidoniorum, aut Chananæorum, quia hoc non erat in natura rerum insitum, ut magis in populo illo esset Deus, quam in aliis; ideo sicut legitime æstimare poterant Chananæi, Chamos Deum Mohabitæum, vel Asthartem Deum Sidoniorum non esse Deos habentes potestatem super eos, ita æstimare poterant de Deo Judæorum, cum nihil magis causaret ex natura rerum, donec per operationem miraculorum aliquid notificaretur: hæc Abulensis. Et facit etiam quod idem Abulensis tradit Matth. cap. 18. in questione, an infideles debeamus corrigere correctione fraterna, ex forma ibi tradita à Christo; et concludit quod non, et inter cætera motiva ponit, hoc colligi ex eo, quod ibi dicitur, *dicit ecclesie*, cum constat, quod infideles non curant, quod peccata eorum dicantur ecclesie, cum non sint subditi ei, et ideo illa forma correctionis non intelligitur de infidelibus: possumus tamen secundum eum corrigere infideles, admonendo eos recedere ab infidelitate et aliis vitis, in quibus manent, potissimè quando illa sunt contra legem naturæ, in quibus etiam non stante lege Christi peccarent. Et quod adducit Alphonsus à Castro de cap. 12. Deuter. non videtur sufficiens ad assertionem suam dandam, quia ut ibi, et in cap. præced. patet, loquitur de terra, quam Deus dederat Israelitis, et sic cum ex dono Dei haberent, cuius est terra et plenitudo ejus orbis terrarum, et qui habitant in eo, Psalm. 23. justum erat bellum: in casu, quo nos loquimur, non ita constat de tali dono Dei.

Ego verò submitte me correctioni sanctæ matris Ecclesie, et iudicio melius sentientis, non audeam reprobare in hoc dicta Innoc. et Archiepiscop. Florént. August. de Anch. Sylvest. in summ. in parte *Papa*, §. 7. Imò sustentabile videtur, quod paganos delinquentes in peccatis contra naturam, sumendo peculiariter, id est, contra ordinem naturalem, ut declaratum est superius, Papa possit punire, et etiam idolatras adorantes falsos Deos, non recognoscentes unicum Deum, creatorem omnium, et posse iudici ejus auctoritate bellum contra tales pertinaces in talibus peccatis, si moniti non desistant ab eis; et moveor ultra fundamenta Innoc. ex sequentibus. Primò, quia negari non potest, quin ad Papam spectet conversio infidelium, et mittere ad eos prædicatores Evangelii, ut Christum suscipiant et reveantur, et nullus Theologorum hoc negat, quia esset absurdum hoc negare, et contra Evangelium, *prediccate Evangelium omni creaturæ*; sed ita est quod ordo prædicandi paganis, seu gentilibus, ut tradit beatus Ambrosius super Lucam, lib. 6. cap. final. debet esse, ut primò et ante omnia, unum Deum, auctorem mundi omniumque esse doceamus, in quo vivimus, et sumus, et movemur, cuius et genus sumus, ut non solum propter munera lucis et vitæ, verum etiam propter cognationem quamdam generis diligendus à nobis sit; deinde opinionem illam, quæ est de idolis, destruamus, et quod non possit auri argentique, vel ligni materia vim in se habere divinam: et tunc cum unum Deum esse persuaseris, iudicio ejus adstrues per Christum nobis salutem datam, incipiens ab illis, quæ gessit in corpore, et ea divina describens, ut plusquam homo fuisse videatur, victam unius virtute mortem, mortuamque ab inferis suscitatum, paulatim enim fides crescit, ut cum supra homines fuisse videatur, Deus esse credatur; nam nisi probaveris, quod facere illa sine divina virtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo vim fuisse divinam: ibique in probationem hujus inducit Ambrosius sermonem Pauli Apostoli apud Athenienses habitum, de quo *Actuum* 17. cap. videbis ibi latius per eum. Et si dicas, bene fateor, quod ita sit prædicandum, sed punitionem peccatorum nego, ad quod dicendum, quod potestas Papæ in temporalibus, quantum ad spiritualia ordinatur, à nullo negatur, siye supra

fideles, siye supra infideles; unde si pagani prædicati, et moniti, ut credant unum Deum, et recedant à falsorum Deorum cultura, nolint in hoc obedire, qualiter poterit eis prædicari Christus, quin prædicatores à paganis irrideantur, et ut tradit Ambrosius ubi supra, esset seminare super spinas, et tribulos, contra id quod dicitur Jeremiæ cap. 4. v. 3. "Novate vobis novale, et nolite serere super spinas, et tribulos:" summa namque dementia est, ut dicit Chrysost. in prolog. super Joannem, semina in incultam terram jacere, sed spinæ prius rescindendæ sunt: est ergo necessaria punitione ratione delictorum contra naturam, et quia contra naturalem legem errant, in non cognoscendo unum et verum Deum, et adorantes falsos Deos, ut quos prædicatio non relevat, pœna cohilbeat à peccato, cap. *ut clericorum, de vita et honest. cleric.* et punire delicta spectat ad præfectum gregis: et Papa ratione delicti ad istud intentum et effectum habet potestatem puniendi, tradit S. Thom. lib. 3. *de regim. Princ.* cap. 10. qui licet loquatur inter fideles laicos, ejus rationes militat etiam quoad infideles, cum ordinentur ad spiritualia; et ibi traditur illud de libro Danielis de visione statuæ, quam vidit Nabuchodonosor, quæ adaptatur ad quatuor monarchias, cum postea dicit propheta: sed post hæc "suscitavit Dominus Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, et regnum ejus populo alteri non tradetur, comminetque universa regna hæc, et ipsum stabit in æternum;" quod totum, ut et dicit S. Thomas, ad Christum refertur, et vice ejus ad Romanam ecclesiam, si ad pascendam gregem intendat; ad præfectum namque, et pastorem gregis non solum spectat providere gregi de pasto, et illum defendere à luporum, et aliis incursionibus, verum etiam coercere illum à noxiis et prohibitis: facit et illud, quod habetur Jerem. cap. 1. v. 10. "Ecce constitui te hodiè super Gentes, et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes." Item videtur hoc suaderi ex textu in cap. *archiepiscopatu, de rapt.* ubi dicitur de Sarracenis committentibus crimen sodomie, et textus dicit, eos esse in jurisdictionem Archiepiscopi, de quo ibi: et Abbas ibi, et Joan. de Ana. dicunt, quod ex hoc crimine illud erit mixti fori, ut et puniri possit non solum à iudice sæculari, verum etiam ab ecclesiastico, ex quo infideles peccant contra legem naturæ, et allegat dicta Innoc. in dict. cap. *quod super his*; hinc est, quod per leges prohibentur sacrificia, et templa paganorum, l. 1. *C. de pagan. et templis eorum*: imò et Patres illi residentes in Concilio Africano, circa tempora Bonifacii Papæ I. ut habetur in cap. 25. illius concilii, fecerunt hoc decretum sub hac forma: Instant etiam aliæ necessitates à religiosis Imperatoribus postulandæ, ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari; nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diversis, adhuc erroris istius iniquitas urget, ut præcipiant et ipsa deleri, et templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis constructa nullo ornamento sunt, jubeant omnimodo destrui: et cap. 51. ejusdem Concilii sic etiam habetur: Item placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquie idolatriæ, non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo deleantur. Præterea sicut dicimus, quod si Rex christianus fiat hæreticus, conceditur ejus regnum catholico occupanti, ut tradit Bald. in repet. l. *si lex*, column. 5. *C. de emancip. liber.* cur non dicemus idem in gentili hæreticante in lege naturæ nota et scita, ut ejus regnum concedatur catholico occupanti? Præterea illi, qui talia crimina puniunt, Deo servire dicuntur, ut habetur in §. fin. 23. quæst. 5. ubi tradit quod cum Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor, quid dabo ei pro labore suo, quo servivit mihi apud Tyrum, statim subjicit: *da, Domine, (hoc est datam sibi pronuncia) Ægyptum, et Ethiopiam.* Item cum et dicit, et per Antiochum idolatriam judaicæ plebis Dominus punire decrevisset, etc. quanto ergo fortius dicitur Papam Christi Vicarium in hoc servire Deo? Præterea ista opinio Innocentii communiter est recepta à doctoribus Canonistis, et Légistis, placet etiam multis theologis, et habet pro se probabiles auctoritates et rationes; ita ut cum Doctores enumerent causas justas ad inferendum bellum, ponant istam inter eas, ut tradit Lucas de Penna in l. unic. *C. ut armorum usus*, column. 3. cum dicit, prima

causa est contra terram, in qua Deus per idolatriam blasphematur, allegat dictam auctoritatem Deuteronom. cap. 12. comprobatur auctoritate Pauli ad Roman. cap. 1. v. 32. ibi: "non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt faciuntibus," ubi Ambrosius exponit, id est, qui non vindicant. Dicit etiam S. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 11. quod ritus infidelium, qui nihil veritatis, aut utilitatis afferunt, non sunt aequaliter tolerandi, nisi forte ob aliquod malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum vel dessidium, quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim tolerati converterentur ad fidem; et cum ista opinio non habeat auctoritatem contra se, ex qua vincatur ex sacra pagina, non videtur ab ea recedendum. Et ad dicta per dictum fratrem Franciscum in oppositum, potest responderi; ad primum enim cum dicit, quod ista conclusio Innoc. et aliorum præsupponit falsum, videlicet quod Papa jurisdictionem habeat super infideles, respondetur, quod inò cum tractatur de punitione peccati idolatriæ vel contra naturam, præsupponit verum per adducta per Innocentium et quæ jam dixi, et isto casu salvari potest opinio Hostiensis. licet extra istud fateatur Papam non habere jurisdictionem super infideles, licet possit mittere eis prædicatores fidei, et facere quæ superius dicta sunt. Ad secundum dicendum, quod opinio Innocent. et aliorum loquitur de peccatis contra naturam, id est, ordinem naturalem, et auctoritas Apostoli 1. ad Corinth. cap. 5. v. 12. non obstat, cum dicit, de his quæ foris sunt nihil ad nos, quia intelligitur illa auctoritas quoad pœnam spiritualem, non verò de pœna temporali, qua infideles puniri possunt per ecclesiam, ut notat glossa in cap. *constituit*, 17. quæst. 4. et in cap. *sape*, 28. quæst. 1. et probatur in illis iuribus et in cap. *in archiepiscopatu*, de *rapit*. Cardinal. in Clement. 1. de *testib.* et S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 9. Clement. 1. de *judicis*. Præterea Paulus hoc dicit, qui non erat summus Pontifex, nos loquimur de Papa Christi vicario, cui omnes oves commissa sunt, et Papa major est administratione Paulo, cap. 1. 20. dist. cap. *sacrosancta*, 22. dist. et dispensat contra Apostolum in his, quæ non concernunt articulos fidei, gloss. in cap. *quidam*, 25. q. 1. Hostiensis, in summ. de *bigam.* vers. *et an cum bigamo*, Præpos. in cap. *lector*, 33. dist. et vide etiam per Abb. in cap. *proposuit*, de *conces. præbend.* Præterea tempore illo primitivæ ecclesiæ non poterat ecclesia de facto punire infideles, cum tunc novo germine pullulabat, et nondum erat completa prophetia: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ*, Psalm. 71. v. 11. Ecclesia verò jam dilatata, cur negabitur Papæ Christi vicario talis potestas, ut retuli suprâ de cap. *displicet*, 23. quæst. 4. Ad tertium cum dicit, quod neque omnia peccata contra legem naturæ possunt evidenter ostendi, et quod tenere aliud est dicere, licere barbaros propter infidelitatem debellari; respondeo, quod in peccatis idolatriæ, cum non recognoscunt infideles unum Deum creatorem omnium, manifestè errant contra legem naturæ, in his quæ sunt scita et naturaliter demonstrabilia, ut declarat S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 5. et art. 8. et patet ad Roman. cap. 1. v. 20. ubi quod sunt inexcusabiles. Item coire contra ordinem naturalem, est manifestè et demonstrabiliter contra legem naturæ: et dicere quod Papa posset punire infideles delinquentes in talibus contra legem naturæ, non est dicere, quod debellentur, propter infidelitatem, sed ut corruptores legis naturæ; non enim debellantur, quia non suscipiunt fidem Christi, sed quia corrumpunt legem naturæ; et per hoc respondetur ad id, quod dicit, quod non possunt infideles acceptare iudicium Papæ, quin sint Christiani; et non est bona consequentia, non possunt puniri, quia non recipiunt Christum; ergo neque quia non recipiunt iudicium Papæ. Ad id verò, quod in confirmationem suæ opinionis adducit, quod in veteri lege populus Israeliticus non occupavit terras infidelium, eo quia essent infideles, sed ex aliis titulis, dicendum, quod ille populus non habebat potestatem, quam habet Christi vicarius quoad utrumque ovile fidelium et infidelium. Item etiam propter peccata idolatriæ, et aliorum scelerum contra naturam, tradidit Deus populo Israelitico terram Chanaanorum, ut patet Levitici cap. 18. et aliis in locis sacre Scripturæ. Item si aliquando Deus prohibuit Israelitas, ne pugnant contra gentiles extra terminos Cha-

